



# **Specimen historico-juridicum de advocatorum, qui in Belgio septemtionali floruerunt juribus ac doctrina**

<https://hdl.handle.net/1874/321385>

SPECIMEN HISTORICO-JURIDICUM  
DE  
ADVOCATORUM,  
QUI IN BELGIO SEPTENTRIONALI FLORUERUNT.  
JURIBUS AC DOCTRINA.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

REPORT ON THE PROGRESS OF WORK  
DURING THE YEAR 1900

BY

WILLIAM J. V. QUINLEN

PH.D. 1900

CHICAGO, ILL.

UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

1901

100

11

SPECIMEN HISTORICO-JURIDICUM,  
DE  
ADVOCATORUM,  
QUI IN BELGIO SEPTEMTRIONALI FLORUERUNT,  
JURIBUS AC DOCTRINA,

QUOD,  
FAVENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

HERM. JOH. ROYAARDS,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTIT

EDUARDUS ALEXANDER SANDBRINK,

TRIMONTENSIS.

Ad diem XII mensis Octobris, anni MDCCCXLIX, hora I.



TRAJECTI AD RHENUM,  
Apud J. DE KRUYFF.  
MDCCCXLIX.



M A T R I

STUDYING INSTRUCTIONS

1. Read the text carefully and understand the main idea.

2. Make a list of the main points.

3. Write a short summary of the text.

4. Answer the questions.

5. Discuss the text with your partner.

6. Prepare a presentation on the text.

7. Write an essay on the text.

8. Make a poster on the text.

9. Record a radio play on the text.

10. Make a video on the text.

## SPECIMINIS CONSPECTUS.



	Pag.
INTRODUCTIO. . . . .	1
CAPUT I. De legibus circa advocatorum officia et jura constitutis. . . . .	9
CAPUT II. De Advocatorum nonnullorum saeculi decimi sexti atque septimi ineuntis enumeratio. . . . .	55
CAPUT III. De consiliis juris. . . . .	72
CAPUT IV. De honore, quo advocati habiti fuisse videntur. . . . .	92
CAPUT V. Saeculi decimi octavi clarissimi advocati. . . . .	119
CAPUT VI. Advocatorum Ordinis novissima fata. . . . .	157





THE HISTORY OF THE  
REIGN OF  
CHARLES THE SECOND  
BY  
JOHN BURNET  
BISHOP OF SALISBURY  
IN TWO VOLUMES  
THE SECOND

CHAPTER I  
OF THE DEPARTURE OF CHARLES FROM FRANCE  
AND HIS RETURN TO ENGLAND

THE king, having spent some time in France, and  
having received the assistance of the French  
army, departed from Paris on the 23rd of  
May, 1650, and arrived in London on the  
10th of June. He was met at the  
Tower by the Duke of York, and  
was conducted to Whitehall, where he  
was lodged. The Duke of York, who  
was the king's brother, had been  
in France with the king, and had  
been the chief of the army which  
had defeated the army of the  
Commonwealth at the battle of  
Marengo. The Duke of York, who  
was the king's brother, had been  
in France with the king, and had  
been the chief of the army which  
had defeated the army of the  
Commonwealth at the battle of  
Marengo.

## INTRODUCTIO.

### DE OFFICIO ADVOCATI.

Qui sancta sumis arma civilis togae,  
Cui se reorum capita, fortunae, decus  
Tutanda credunt, nomini praesta fidem.  
Juris sacerdos, ipse dic causam tibi,  
Litemque durus arbiter praejudica.  
Voto clientum jura metiri time,  
Nec quod colorem patitur, id justum puta.  
Peccet necesse est saepe, qui nunquam negat.  
*Hug. Grotii Poemata omnia. Lugd. Batav.*  
1645. Edit. 4<sup>o</sup> p. 235.

---

Omnibus, qui aliquam antiquorum populorum  
historiae operam dederunt, notum est, quantopere  
apud Romanos causarum patroni munus inclaruerit.  
Hic enim nobilissimus ille ordo jureconsultorum ini-  
tium cepit, cuius dubitare possis, num magis elo-  
quentiam an scientiam, honestos mores an audaciam,  
perspicacitatem an virtutem admireris. Neque mi-  
norem laudem assecutus est in Gallia, ubi, una

cum parliamentis sive curiis, inter primos in republica honorum gradus locum tenebat. Hi autem quum multis scriptis celebrati sint, historiam contra nostrorum advocatorum parum adhuc excultam inveni, quoad merita quibus ornati, honorem quo habiti, auctoritatem quam in republica adepti fuerint. Attamen nemo, qui ex historia cum alia populorum instituta, tum judiciaria quoque esse explicanda sibi persuasum habeat, negabit, inquisitionem in huius instituti originem atque incrementa multum valere ad ea penitus noscenda, quae ad formam procedendi atque defensionis libertatem constituta fuerint, etiamsi pedibus in eam sententiam iri non possit: »Es giebt keinen sichern Barometer der politischen Bildung, als den Grad der Achtung, dessen der Advocatstand genießt (1).»

Non vero inde a prima recentiorum populorum Europae historia, eadem laus et admiratio atque apud Romanos iis contigit. Barbaris enim gentibus, antiqui orbis victricibus, causarum patroni in Gallia Germaniaeque vehementer erant odiosi (2); neque eorum tantum desiderium esse poterat propter ordinem judiciorum simpliciorum, qui magis

(1) Von Rotteck und Welcker *Staatslexikon*, p. 346. in voce.

(2) »Nihil insultatione barbarorum intolerabilius praecipue tamen in causarum patronos: aliis manus amputabant, aliis oculos, unius os sutum, recisa prius lingua, quam manu tenens barbarus, tandem, inquit, vipera, sibilare desine.» Florus, L. IV. c. 12.

requirebat ut suam quisque ageret causam, neque stabile tribunal postulabat. Quatenus vero defensionis jus limitibus ea aetate fuerit circumscriptum, (1) inquirere nobis non proposuimus (2). Institutis vero saeculis duodecimo et tertio decimo communitatibus sive civitatibus liberis, tribunalia municipalia perpetua institui coepta sunt. Haec singulis urbibus vel regionis tractibus praeposita, parvam tantum jurisdictionem habere poterant, cum istius aevi nondum esset in unum conjungere, *concentrare* quod dicunt, sed potius a se invicem separare (3). Pauciores igitur erant causae in forum deductae: quaestiones juris fere non occurrebant; stabat pro jure seniorum memoria rei antea ita judicatae, cui accedebant pauci articuli statutorum municipalium

(1) «Ik ben overtuigd dat men ook in de stille waarheden eene verdediging zal mogen aannemen, daar die zelfs in de veemgerigten toegelaten werd en eene willekeurige regtspraak tegen de zeden der Duitsche volkeren streed: maar hoever dit verdedigingsregt zich uitstrekte, laat zich bij gebrek aan de noodige bescheiden tot nog toe niet bepalen.» *Verh. over de oude wijze van Strafo. in Gelderland, Holland en Zeeland, door Mr. L. Ph. C. van den Bergh. Leiden 1842, p. 72. Feuerbach, Betrachtungen ueber die Oeffentl. und Mündlichk. I p. 379. Giessen 1821.*

(2) De advocatis ecclesiae, qui toto coelo a nostris advocatis abhorrent, nobis non est agendum. Qui brevem illius muneris sive dignitatis conspectum habere velit, legat disputationem *de potestatis civilis episcoporum, praecipue Trajectinorum, in regno Francorum initiis atque incrementis.* Cons. M. de Kock, *Traj. ad Rhenum 1838, p. 109 seqq.* Vel adeat *The standard library encyclopaedia of political knowledge, Tom. I. p. 43, London 1848.*

(3) Cf. Mejer, *Inst. judic. Tom. IV. passim.*

atque consuetudinum, quae doctrina non adeo fuere exulta. Cum vero regionum Comites vel dominos taederet omnium harum parvarum rerum-publicarum, quae neque auctoritatem eorum agnoscere vel-  
lent, remedium huius autonomiae iis videbatur fracta urbium iudicandi suprema potestas. Appellationem sive provocationem scilicet ad curias cum provinci-ales tum ipsius Principis instituerunt, quas nunc fere ubivis erigi videmus.

In Hollandia Carolus Audax Anno 1462 a rerum publicarum gestione separavit rem iudicariam, atque hanc solam concilio, quod antea magis ut Comiti in rebus administrandis auxilio esset, institutum erat, mandavit (1). Zeelandia nullum perpetuum supremum tribunal habebat ante diem 25 m. Aprilis A. 1576, quo communionem iudicii superioris, quae facta jam per plures annos cum Hollandia obtinuerat, cum hac provincia pactis confirmavit.

Quamvis in provincia Trajectina tribunal, ad quod ab inferiorum iudicum sententiis provocabatur, per breve tempus adfuisset sub nomine *Schivae*, erecta demum est curia Anno 1530 ab imperatore Carolo V (2).

Gelriae curia Anno 1473 a Carolo Audace est

(1) H. S. van Son, *de Historia et indole Curiae Hollandiae*. Lugd. Batav. 1783. Thymon Boeij, substituut Griffier, *Oer den Hove van Holland, Zeeland en West-Friesland*, den Haag 1760. F. Hulshoff, *de appellandi facultate*. Lugd. Bat. 1846, p. 190.

(2) Vreede et Voorduin in: *Aanteekeningen van het provinciaal Utrechtsch Genootschap van 1847*, p. 93, 94.

instituta (1), Anno 1547 item confirmata a Carolo V (2).

In Transisalaniam stabilis curia (3) non fuit, neque tribunal *Lotting* dictum in regione Drenthina talis dici potest: in Frisia vero Anno 1499 Albertus Animosus Saxoniae dux curiam instituit. In Groningana autem regione saeculo tandem decimo octavo curia erecta fuit, sed ex decreto Ordinum Generalium inde ab anno 1640 ad antiquum tribunal, *Warven* dictum (4), in causis civilibus appellari poterat (5). Tandem instituta sunt ab Ordinibus Generalibus in parte Brabantiae quae nostra fuit, Anno 1598 concilium: Raad en Leenhove van Brabant en de Landen van Overmaze (6), ut et curia Raad van Vlaenderen residerende tot Middelburgh in Zeelandt over de steden en Quartieren van Vlaenderen (7), die 16 m. Novembris A<sup>o</sup> 1599.

Eundem finem ut attingerent Burgundiae duces

(1) G. van Hasselt, *Oorsprong van het Hof van Gelderland* Arnhem 1793.

(2) Pestel, II, § 220. Hulshoff l. l.

(3) F. L. Schlingemaon, *dissert. de judiciis Transisalanis tempore reipublicae Provinciarum unitarum*, Lugd. Bat. 1839. Joannes van Doornick *diss. continens historiam instituti cancellarii et consiliariorum in Transisalaniam a Carolo V et Philippo II introducti*. Lugd. Bat. Anno 1836.

(4) Tresling *de Warven en Hoofdmannenkamer*, Groningen 1839.

(5) Hulshoff l. l.

(6) Groot Placaetboek, V. p. 896. F. M. Jançon, *De republiek der vereenigde Nederlanden*, III D. p. 16.

(7) *Instructie voor gemelden hove*, 15 Oct. 1661.

dudum longius processerant: ut nempe simul provocationem ad curiam Lutetiae Parisiorum frangeret, anno 1473 Carolus curiam supremam totius Belgii instituit, ac tandem anno 1503 Philippus Pulcher mandavit ut hocce illustre concilium fixum foret atque stabile in urbe Mechlinia (1).

Huic tamen supremae curiae, teste van Maanen (p. 82), non subfuerunt Gelria, Trajectensis Episcopatus, Transisalaria, Frisia. Unde quoque evenit ut, erecto supremo in Hollandia senatu (Hooge Raad), hic modo in Hollandia, Zeelandia et West-Frisia vim obtineret.

Ab hac autem curiarum institutione nobis initium capiendum videtur in investiganda advocatorum historia. Ubi enim hae sunt erectae, majore semper sunt gavisī auctoritate, major processuum numerus eos vocabat, ibique alacrius erat studium juris Romani, cum in minoribus tribunalibus homines saepe agrestes juris doctrinae expertes sederent. »En effet la jurisprudence ne commença à se former et les traditions judiciaires à se perpétuer, qu'à partir de la formation des cours de justice (2)»

Quocum effato omnino consentit consultissimus de Vries auctor commentationis *de Historia introducti*

(1) G. A. G. van Maanen, *de supremo Mechliniensi concilio* A. 1824. Traj. ad Rhen. p. 69, 75.

(2) *Mémoire couronné en réponse à la question sur les jurisprudences des anciens Pays-Bas. Antrichiens* par M. J. Britz, docteur en droit etc. Mém. publiés par l'académie Royale des sciences, lettres et beaux-arts en Belgique. Tom. XX p. 125.

*juris Romani in provincias Belgii uniti.* »Eandem ob  
 »causam in his judiciis, inquit, maxima erat causidico-  
 »rum auctoritas, quibus quippe in Academiis ju-  
 »risperitia instructis et longo rerum usu edoctis,  
 »multum judices tribuebant, ita ut leges suo arbitrio  
 »interpretari, consuetudines recipere aut rejicere,  
 »in ipsorum saepe esset potestate.”

»Hi autem causidici, quorum animos Romanorum  
 »jurisprudentiae elegantia et perspicua aequitas ad-  
 »miracione compleverat, quos certa Romani juris  
 »principia, acutissimae definitiones, subtilissimarum  
 »quaestionum solutiones, miro huiusstudii ardore in-  
 »cenderant, ab Academiis reduces jus, quod ibi di-  
 »dicerant, uti par erat, ubicunque possent, super-  
 »venientibus casibus applicabant.” Pag. 53. dissert.  
 defensae Lugd. Batav. Anno 1839.

Renovato enim juris Romani studio, patria nos-  
 tra vehementer eam doctrinam arripuit: primis  
 vero temporibus praesertim floruit in provinciis  
 meridionalibus, quum academia Lovaniensis ibi  
 eam foveret; postquam vero a Belgicâ bello  
 civili divulsi sunt et academiae Lugduni Batavo-  
 rum, Franequerae, Groningae, Trajecti ad Rhe-  
 num, Harderovici, florere coeperunt, pristinam Lo-  
 vanii gloriam non solum imitati sunt, sed etiam  
 superarunt nostrates. Sed de doctrina nostrorum  
 jureconsultorum agere demum in animo habeo,  
 postquam docuero quaenam constituta fuerint le-  
 gibus vel decretis circa officia advocatorum. Haec  
 enim, quippe Ordini in Belgio foederato advocato-



rum universe communia, praemittam, postea celebriores saeculi decimi sexti atque septimi ineuntis advocatos indicabo, capite tertio de consiliis juris acturus. Capite quarto de honore, quo habiti fuerint advocati inquiram, tandem postremi saeculi nobiliores jureconsultos memorabo. Addam capite sexto quaedam de novissimis Ordinis fati.

## CAPUT PRIMUM.



### DE LEGIBUS CIRCA ADVOCATORUM OFFICIA ET JURA CONSTITUTIS.

Ut diximus, jus imprimis Romanum in Curiis provincialibus regnavit, neque igitur aliter fieri potuit, quin ex eo fonte jura atque officia advocatorum, qui nunc praesertim majori doctrina indigebant, derivarentur.

Accesserunt quaedam ex formulis mandatorum sive instructionibus curiarum, quae, ita cum jure Romano conjuncta, leges effecere sub quarum imperio nostri patroni vivebant, quasque indagare materies huic dissertationis capiti est constituta.

Certus erat jure Romano apud quodque tribunal numerus advocatorum definitus, quem egredi

praefecto non licebat: qui supererant, supernumerarii adscribebantur matriculae, quae persona moralis erat atque, inter alia, legata accipere poterat. (1)

Similiter in Gallia jam dudum Ordo ille advocatorum aderat; (2) num ita fuerit apud nos, dubitare possis. Neque enim initio magnus erat eorum numerus: tempore, quo Oldenbarneveldius causarum patronus erat, octo modo Hagae Comitum aderant; postea demum, cum patria aliquantulum ab hostibus libera facta esset, cumque florente mercatura, praesertim Amstelodami, multae se quotidie obtulissent quaestiones, multiplicatis negotiis, juribus, cautelis et fori strategematibus, plures advocacioni operam dare coeperunt, eorum-

(1) Vid tit. C, *de advoc. divers. judiciorum* (2. 7 et 8).

(2) Linguet, *Appel à la postérité*, La Haye 1780, p. 29, ira motus in advocatos Lutetiae Parisiorum, qui cum ex societate excluderant, ita de juribus Ordinis dicit. «Votre Majesté voudra bien se rappeler, que tout ce que le suppliant appelle ici assemblée, députés, délibérations, jugemens des Avocats, n'est fondé que sur une tolérance dont on ne peut pas rendre de raison, sur une discipline très-peu ancienne même, qui a sans cesse varié, et varie encore tous les jours." Attamen Loisel jam Ordinem memorat tanquam rem temporis tractu stabilitam et de eius antiquitate conferri potest: Carré *Lois de la compétence*, etc. II. p. 169 seqq.

que numerus labente aetate usque ad centum et quod excurrit se extendit. (1)

Quamvis igitur illius aevi primarii in republica viri Juris quidem doctores fuerint, advocati munus magis erat gradus ad obeundum magistratum, quam totius vitae occupatio: consuli vero atque opiniones de jure emittere non desinebant, quum summis jam honoribus functi essent.

Magnum Mariae Burgundicae privilegium, art. 6. unicuique concessit causam suam agere in Hollandiae curia, sed in formulis curiarum nulla huius rei vestigia supersunt. (2) Imo plane haec res in abusum venit praeter in Transisalaniam, ubi, quum curia non adesset, legimus cautum fuisse: (Overijsselsche Landrechten Tit. II. 10.) „Voorts „sal oock een ieder geoorloft wesen syn eigene

(1) »Ick hadde die tydt wel soo goede pensioenen ende »practiquen, als Advocaat voor den Hove, dat die my »ruym vier duysent guldens in 't jaar konden uitbrenghen: »wesende maar acht Advocaten in 't Hof, daarvan ick de »minste in practique niet en was.“ *Remonstrantie van Johan van Olden-Barnevelt aen de Hooge ende Mogende Heeren Staten van de Landen van Hollandt en West-Vrieslant.* (24 April 1618.) *Waarachtige Historie van 't Geslachte*, etc. van J. van Olden-Barneveldt. III<sup>e</sup> Druk. Rotterdam 1670, bl. 232.

(2) Christ. Henr. Trotz, *Commentarius legum fundament. foederati Belgii.* p. 30 et Voet ad tit. D. de postulando (3, 1).

„saken op syn selfs ban en boete, als van outs,  
 „voor te stellen, te verdedigen ende ten einde  
 „te vervolgen: Waerin van 't Gerichte deselve  
 „partien alle mogelycke behulp ende vorderinge  
 „gedaen sal worden.”

Verba posteriora nobis fere in memoriam vo-  
 cant Germaniae processum judicialem, in quo  
 judex ipse auctor est cuius actui judiciali et ita  
 tota res ad finem perducitur. Quam methodum  
 reprehendit Feuerbachius (1); sane inde effectum  
 est, ut talis universe in Germania advocatorum  
 status factus sit, de quo dici posset: „Kaum giebt  
 „es einen Stand von dem man mit mehr Recht  
 „sagen kann dass er keine Vergangenheit auf-  
 „zuweisen habe, als der Deutsche Advocaten-  
 „stand.” (2)

Jure Romano jusjurandum calumniae advocati  
 non minus quam litigantes praestabant unaqua-  
 que in causa; (3) nostra in patria initio cum  
 admittantur, jurare coguntur, idque renovatur  
 quotannis, primo post ferias die quo judicium  
 habetur. Hisce autem verbis vulgo conceptum

(1) Feuerbach, *Betracht. ueber die Oeffentlichkeit und Mündlichkeit der Gerechtigkeitspflege*. Tom. I. p. 387.

(2) Hecker in von Rotteck und Welcker, *Staatslexikon*, etc., in voce.

(3) *Inst.* § 1 *de poena tem. litig.* l. 14 § 1 *C. de Judiciis* (3, 1).

erat: „Dat hy advocaet den Stadhouder President  
 „ende Raeden in alle plaetsen bewysen sal eere  
 „reverentie ende waardicheyt: dat hy niet dienen  
 „sal in eenige saecken die hy weet onrecht-  
 „vaerdich te syn, het sy dat hem van de voorsz.  
 „onrechtvaardicheyt blycke in het beginsel van  
 „den processe ofte daernaer; dat hy naerstelyck  
 „ende getrouwelyck sal dienen zyn meesters: dat  
 „hy te vreden sal wesen met den tax van den  
 „Hove: dat hy niet soeken sal eenige onbehoor-  
 „lycke omwegen ofte dilajjen: dat hy geen over-  
 „eenkomst maecken sal om deel ofte paert in de  
 „saeck te hebben, ende generalyck dat hy hem  
 „in ende overal dragen sal als een goed ende  
 „getrouw Advocat schuldich is te doen.” (1)

Hujus formulae principium varium erat pro va-  
 riis temporibus et provinciis. (2) Ubi in urbibus  
 tribunal erat constitutum, magistratui loci peculiari  
 modo se obstringebant: caeterum prior illa jurisju-  
 randi pars erat eadem fere, quae ab omnibus, qui  
 munere aliquo functuri essent, praestabatur: posterior  
 pars invaluit post curiae Spirensis institutionem inde

(1) Instructie van het Hof van Hollandt, art. 71. Over-  
 ijsselsche Landrechten p. 152.

(2) Instructie van den Hove van Utrecht, van den Ad-  
 vocaten, art. 1. Instructie voor den Raed van Vlaenderen,  
 art. 154. Instructie voor den Hooghen Raedt van Appel  
 in Hollandt, art. 121.

ab Anno 1495: dicebatur *de calimnia et malitia vitanda*. (1)

Romae Hortensius et Plinius causam dicebant annum decimum nonum agentes: Praetor prohibet postulare minorem annis decem et septem, (2) caeterum in caussis gravioribus pudor juniores retinebat. (3) Apud nos certus annus constitutus fuisse non videtur: scimus enim Grotium et J. D. Meyerum decimum sextum, Joannem van der Linden decimum nonum annum natos, doctores juris esse receptos. (4)

Ut quis ad jusjurandum praestandum admitteretur, requirebatur praeter quod ex justis nuptiis eum procreatum esse constaret, (5) documentum eum esse doctorem Juris. (6) Lege XI. § 1. C. *de advoc. div. judic.* (2. 7) statutum erat, ne quis

(1) Pütter, *Historische Entwicklung der heutigen Staatsverfassung*. I. T. p. 308. Mr. F. van der Feen, *de orde der Advocaten*, etc. 's Grav. en Amst. 1841 p. 73. G. Emminghaus, *Corpus juris Germanici*. Zweite Auflage p. 123.

(2) L. 1 § 3 D. *de postul.* (3, 1.) »qua aetate aut paullo majore fertur Nerva filius et publice de jure responsitasse.»

(3) Vid. Ciceronis oratio pro Sexto Roscio Amerino, C. I. 1, 3, quam orationem habuit annum vicesimum sextum agens.

(4) V. d. Linden, *Redev. over hetgeen de onderv. van eene halve eeuw mij geleerd heeft, dat een advocaat voornamelijk behoort in acht te nemen of te vermijden*. Amst. 1824. p. 8.

(5) Merula, *Manier van Proced.* Lib. 4. Tit. 17, c. 1.

(6) Vita Oldenbarneveldii, p. 8. Amstelodami A°. 1667.

matriculae adscriberetur, nisi de scientia atque juris doctrina constaret, juratis doctoribus »esse eum, qui posthac surrogari voluerit, peritia juris »instructum." Hoc quoque in Belgio obtinuit. Primis autem reipublicae temporibus non intererat in quam academia quis honores illos obtinisset; sic Oldenbarneveldius morem suorum temporum secutus, primum Lovanii, deinde in Galliae urbe Bourges, tandem Heidelbergae studiis incubuit. (1) Condita Academia Lugduno-Batava, verentibus Ordinibus Belgii, ne ex universitatibus illis extraneis opiniones de religione inveherentur, quae cum recenti adhuc Reformatione de imperio certare possent, mox Hollandiae magistratus decreverunt, neminem Lovanium, Duacum (Douay) vel Dolam studiorum causa se posse conferre, neque ibi doctorem creatum hîc advocati munere posse fungi (2). Solebant enim tunc temporis juvenes nostrates ad externos per aliquot annos migrare, studiis in patria pene peractis, ut ibi

(1) U. Huber, *Hed. Rechtsg.* Boek. IV, kap. XVIII, 1.

(2) Res. Holl. a. 1651, n. p. Plac. Holl. 12 Maart 1591. Confirmatum 18 Maart 1595. Nostrates usi fuisse videntur repressaliis in Hispanos, quippe Philippus Anno 1582, damnaverat Universitatem erectam Leidae ob publicam Calvinismi professionem; vetuitque, ut ne animi juniorum reproba doctrina inficerentur, etc. *Notitia Juris Belgici auctore Francisco Zypaeo.* p. 7.



Doctores crearentur optimis in scientia principiis imbuti. Quae res, quantum studiis favorit, quis non videt, qui seriem insignium virorum, qui eo tempore maxime inclaruerunt, contempletur? Sic praeter Oldenbarneveldium jam memoratum, Hugo Grotius et Jacobus Catsius in Academia Aurelianaensi doctores juris creati sunt, (1) Joannes van Heemskerk nobilis saeculi decimi septimi advocatus et scriptor Arcadiae Batavae, in Academia Bituricensi doctor Juris receptus est. (2) Haec res autem studiis non solum favebat (3) sed, cum in Gallia advocatorum ordo semper fuerit clarissimus, inde etiam ferebant hanc dignitatis suae conscientiam, quae in persona publica tantum facere solet ad honestos mores, integritatemque servanda; unde in causis, ubi quaestio aliqua esset de praerogativis vel nobilitate advo-

(1) H. Luden, *Hugo de Groot*, p. 10 vers. Belgicae Jac. Cats, *Twee en tachtigjarig leven* p. 44 (mihi.)

(2) Scheltema, *Redevoering over de verdiensten van Mr. J. van Heemskerk, voornamelijk als dichter. Gesch. en Lett. Mengelwerk*, III, O. p. 55.

(3) Auditum enim ibant viros summi ingenii, puta Cujacium. »De l'année 1567 date la gloire de Cujas : on accourt à Bourges pour entendre ses leçons : et Auguste de Thou témoigne que l'éducation ne passe point pour terminée sans ce voyage indispensable." *Chron. Littér. du Seizième Siècle en France*, pag. 40. Paris 1848, par Philarète Chasles, Professeur au Collège de France.

catorum, perpetua erat provocatio ad usum, qui in parlamenti Galliae vigeret, imo anno 1602 ipsa curia Trajectina hoc fecit. (1) Sed revertamur unde deflexit oratio. — Voetius nobis auctor est: „eius „decreti, extraneos excludentis, vigore quendam „apud Hollandiae curiam cum admitti desiderasset, „repulsum ac repetitis demum in Academia Ultra- „jectina honorum titulis admissum fuisse, ipse „cum tunc temporis huic rei in ea Univer- „sitate superstes fuerit.” (2) Doctissimus Swa- nenburg professor Lugdunum Batavorum vocatus, postquam studia Duaci peregerat, hac lege quo- que resolvi debuit (3).

Hoc vero unice spectasse videtur academias Romano-Catholicae religionis: legimus enim in Decisionibus curiae Hollandiae p. 186. „In delibetatie „geleyt wesende in den Raede, off men Mr Josua „de Voocht op een promotie a Comite Palatino „hier sal admitteren ad advocaet, is verstaen by „meerderheid van stemmen, dat men hem sal „admitteren. Te meer, omdat 't anderen tyde op „gelykè promotie geadmitteerd waren Mr. Johan

(1) *Aant. Prov. Utr. Gen. Vreede et Voorduin*, p 105.

(2) *Ad. tit. D. de Postul.* (3, 1) J. van der Linden, in *supplemento ad Joannis Voetii Commentarios*, hoc locum habuisse dicit in Davide van der Meij et Marcello de Gay. *cod. tit.*

(3) *Res. Holl.* 16 Sept. 1597.

„de Haen ende den Heer van Veenhuysen 18 Mei „1611.” „Et quamvis,” Voetius inquit, „penes „nos in aperto sit, dissensum inter Christianos „neminem a foro excludere, tamen non nisi sa- „cramento sit solutus, quo se adstrinxerit ad reli- „gionis pontificiae defensionem, ad postulandum „admittendus non est.”

Ex constitutione quoque Leonis et Anthemii re-  
quirebatur, ut sacrosanctis Catholicae religionis  
fuerit imbutus mysteriis (1). Mutatis vero sacris,  
reformatae Christianae religioni adscriptus ut esset,  
lex postulabat (2). Eandem ob causam Judaei  
apud nos advocati esse non poterant ex con-  
stitutione Ordinum Hollandiae, ideoque curia 19  
Octobri 1658 admittere noluit Moïsen Israëllem  
Dacosta, sed documenta ipsi reddita sunt sine in-  
scriptione.

Haec distinctio mansit quamdiu Respublica Belgii  
foederati stetit: sublata tandem est post *jura hominis*,  
quae vulgo dicuntur, solemniter proclamata (3). Sed  
eo jam tempore, quo iis non permissum fuit pos-

(1) L. 8, C. de postulando (2, 6).

(2) Huber IV. 19, 6. In Gelriae curia haec de re non  
inquirebatur: »ik kan ook niet vinden dat de religie van  
»het Pausdom juist voor de practijcq nadeelig is.” Ita  
J. J. van Hasselt, *Verhandeling aangaande het hof van  
Gelderland*. Dissertt. Jurid. p. 284.

(3) *Novus Codex Batavus* in voce *advocaat*: »Bij decreet

tulare, litigantibus tamen extra iudicium auxilio atque consilio subvenire iis licuisse constat. (1) Caeterum decretum, quo vetabatur in Academia extranea titulum reportare, in desuetudinem abire debuit, cum ab una parte post pacem Monasteriensem causa, ob quam latum esset, fere tolleretur, et ab altera parte non amplius opus esset, ut extra patriam virorum clarissimorum scholas frequentarent, sed hic praesertim viri summi ingenii Juris doctrina Academias illustrarent. Inter eos, qui veterem peregrinandi morem diu servaverint, nominandus est Zeelandiae historicus Matthaeus Smallegange qui, ut ipse refert, in Academia Andegavensi studiorum curriculum absolvit. (2)

Porro monendum est, in Transisalaria advocatos munere suo fungi non potuisse, nisi ab Ordinibus admissi fuissent: hac enim in regione, cum curia non adesset, tribunal prorsus ab Ordinibus pen-

---

» der *Nationale Vergadering* in dato 2 Sept. 1796, zijn de  
 » Joden even gelijk met de andere Burgers geadmitteerd,  
 » om als Advokaten te kunnen en mogen postuleren,  
 » waarvan de voorbeelden in Mr. Asser, Meijer, Men-  
 » doz, enz.»

(1) Vromans, *Tractatus de foro competenti*. Lib. II. c. III. p. 173.

(2) *Iets over Mattheus Smallegange en zijne Kronijk van Zeeland door Mr. S. de Wind*, p. 40, 41.

debat, dum in aliis provinciis curia quidem jure iis subjecta esse contendebatur (1), sed revera hi rebus, quae ad curiam pertinerent, non nisi rarius se immiscebant. Fieri autem aliter non potuit, quin, ubi tota judiciaria potestas minoris esset auctoritatis, advocatorum ordo, tanquam pars eius, directe magis a suprema potestate constitutus haberetur.

Eius rei habemus exemplum, cum Anno 1788 in Transisalaria ab Ordinibus juberentur advocati jurejurando se obstringere legi imperii observandae, in Hollandia contra a curia hoc jussum fuerit. (2)

In minoribus urbibus et oppidis plerumque non occurrunt, sed eorum locum tenent procuratores (2), quae vero muneris permutatio in curiis locum ha-

(1) Grotius quoque in *Cons. juris*. 326. Lib. III. *Holl. Cons.* hoc docet.

(2) *Verz. van stukken betrekkelijk de gebeurtenissen van 1787*, de Chalmot *Verzameling van placcaaten, resolutien*. Campen 1789, D. X p. 96, et p. 158.

(3) *Instructie van Schout, Burgemeester en Raden van Gouda gepubliceert 18 Junij 1633*. »Niemand van de »Procureurs en sal moghen antwoorden, Repliceren oft »Dupliceren, ten zy zake dat de Procureur van partye »advers eerst uyt heeft, sonder in 't minste malcanderen »in heure pleydooyen te interrumpere, maar sullen elek- »anderen ten uyteynden toe gehoor geven op de boete van »ses stuyvers, so menichmaal yemant daaraf bekeurt wort.» Ex quibus effici mihi videtur, potuisse procuratores ibi advocati officiis fungi, cum ceteroquin de causarum patronis nihil occurrat.

bere non poterat, ut infra videbimus. (1) Magistratibus interdictum erat, ne postularent pro pago, vico vel tribunali, cui adscripti essent, (2) neque advocatus esse poterat Advocatus Hollandiae (3). Tandem non agnoscitur advocatus ab externo Principe, ut causas subditorum perpetuo agat, constitutus, ne plus favori vel machinationibus eius indulgeretur, quam bonitati causae vel patroni facultatis. (4) Notabile exemplum est in Gerbrando Sas

(1) Apud tribunalia minora non semper requiri titulum Doctoris Juris, testis nobis quoque est Zypaeus: »Advocati munus suscipere vetatur, nisi qui quinquennium juris studio insudarit: hodie ea tempora non servantur; sed idonei citius laurea donantur in Universitatibus; sine qua apud suprema subsellia non recipiuntur, sed apud inferiora pleraque nec illa opus est iis, qui fiduciam habent studiorum: apud nos designati esse debent illi in Universitatibus Regiis." Edict. 4 Martii 1569. 7 Febr. 1587. *Notitia Juris Belgici* auctore Francisco Zypaeo, p. 43.

(2) »De Staten van Overijssel vinden goet, dat van nu voortaan geene Gerigtschrijvers voor de Gerichten, daarvan zy dependeren, onder arbitrale correctie en by verlies van hare Charge, Partien als Advocaten of Procureurs sullen mogen dienen." *Deventer* 21 April 1664. Schouten of Secretarissen mogen geen Advocaten of Procureurs of woordvoerders zyn voor dezelve dorpen of gerechten, daar zij dienen als Schouten of Secretarissen op pene van 100 guldens telkens. *Plac. Holl.* 1 Aug. 1603, Huber IV. 19, 18.

(3) *Res. Holl.* 11 Martii 1620.

(4) E. van Zurek, *Codex Batavus* in voce *advocaat*, § 3. Alia suberat causa, nimirum politica: timebat nempe Wittius:

Ultrajectino, quem Olivarius Cromwellus Anglorum advocatum coram Hollandiae curia elegerat.

Sin autem quis iudicio quodam infamis factus esset, eique munera atque honores gerere interdictum esset, neque advocatus esse poterat.

Nam in formulis requiritur, ut sint probi atque fama bene notati viri: „De advocaten sullen zyn vrome, welgeleerde ende gegradueerde personen”. (1) In Frisia adimi iis munus legimus, si in vita quotidiana ita male se gesserunt, ut nomine advocati indigni facti sint. (2) Qui vero prae aliis officiis susceptis per aliquot annos advocatus non fuisset, semper iterum adscribi poterat.

*Lege 7 Cod. de postulando, constituit Impe-*

»dat hy sich te eeniger tydt voor een publyck Minister tot eenigh voorrecht ofte exemptie soude traghten uit te geven.“  
*Brieven van de Witt, III D. p. 648, IV D. p. 137. seqq.*

(1) Ita fere in omnibus etiam peregrinarum curiarum formulis. Cammergerichts-Visitations-Abschied vom J. 1713.  
»In Annehmung der Advocaten und Procuratoren hat das Cammer-Gericht fleissig dahin zu sehen, damit darzu solche subjecta, welche nicht allein mit behöriger Geschicklichkeit versehen seynd, sondern sich auch *im Leben und Wandel Untadelhaft* aufführen, und der Cameral-Personen Kinder, wann sie die behörige Qualitäten haben, vor andern dabey bedacht werden: Falls sich aber nachgehends aüsserte, dass der Advocaten einer sein Specimen nicht selbst ausgearbeitet, wäre derselbe alsdann vom Gericht völlig abzuschaffen.“ *Corpus Juris Germanici I. Lief. 2<sup>e</sup> Auflage p. 541.*

(2) Huber IV. 19, 10.

rator ut Praetor curaret, ne omnes ab una parte starent advocati. Eiusmodi quid invenitur in formula Curiae Flandricae, ubi non pluribus quam duobus advocatis esse utendum praecipitur, „alzoovoor den voorsz. Raedt geen affluentie van veele „advocaten en is” Art. 166. Caeterum haec lex ex usu recessisse videtur. Ne tamen lites nimis producerentur, in singulis causis plures quam duos ab utraque parte causam dicere advocatos, Hollandiae Curia vetuit Anno 1641. (1) Praeterea monet Merula (2), Praesidi esse curandum, ne quis ex advocatis plura negotia suscipiat quam possit peragere, ne ita et iustitiae et caeteris advocatis damnum inferatur. Hodie haec penuria advocatorum non est timenda; quantum autem damnum afferre possit iustitiae, notavit Cooper, *Lettres sur la Cour de la chancellerie d'Angleterre*, Brux. 1830, p. 198, seqq., p. 207, et tota epist. 37. Caeterum rectissime constitutum est, cuius filius vel frater, sive cognatus sive affinis, advocatus in causa aliqua fuerit, eum in ea re iudicem sedere non posse, (3) non magis quam in caussa, quam ipse olim suscepit. (4)

(1) Van Leeuwen *Cons. For.* Tom. II 1. c. 7. 2.

(2) Lib. IV Tit. XVII c. 5.

(3) *Peremptoire Res. Holl.* 23 Martii 1669. J. J. van Has-selt *Diss. Jurid. Verh. over het Hof van Gelderland.* p. 132.

(4) *Holl. Cons.* D. 2. c. 209.



„De Staten van den lande van Utrecht..... ver-  
 „staande..... dat sommige litiganten voor den  
 „Hove duchten of de natuurlyke affectie eenige  
 „Raden meer mochte doen inclineeren tot de zake  
 „ende aan de zyde, daar haar soon, swager ofte  
 „broeder als Consulent ofte Advocaat gebruykt  
 „worden ofte zyn geweest, hebben om soodani-  
 „gen persoon dienaangaande in securiteyt te stel-  
 „len, immers de oorsake van soodanige suspicie  
 „ende vreesse sooveel mogelyk weg te nemen,  
 „goedgevonden... dat die Praesident en Raeden  
 „haar sullen hebben te onthouden.” caet. (1) Si-  
 mile quid constitutum est decreto. *Kön. Würtem-  
 berg. Tribunals-Erlass. an die K. Gerichtshöfe*,  
 v. 28 Jan. 1831. *Corpus Juris Germanici von*  
*Dr. Emminghaus*, p. 740, cf. *Cammer-Gerichts-  
 Ordnung*, v. J. 1555, Th. 1, Tit. 13, § 13.

Exstat quoque decretum Ordinum Transisalaniae,  
 quo vetantur advocati religionis Catholicae con-  
 silia juris dare de rebus matrimonialibus, quod  
 editum est, rogantibus Deputatis Synodi illius pro-  
 vinciae, arguentibus: „Zy luiden deselve deduce-  
 „ren niet uit Gods Heilige woort ende gefundeerde  
 „redenen, maer uit hare Paepsche scribenten, die  
 „vele bloedschandelijke Houwelyken by dispensa-  
 „tie van de Paus komen 'taccorderen.” (2)

(1) *Te Water Groot Utr. Placaetb.* II. 4045.

(2) *Nadere Reglem.* N<sup>o</sup>. 14. Zwolle den 22 April 1650.

Curia, cui adscripti erant advocati, in actionibus personalibus iudex eorum uti et aliorum, qui curiae subiecti essent, ordinarius erat, sed et nonnullis singularibus privilegiis fruebantur. (1) Haec vero longe minoris momenti erant, quam jure Romano fuere. Ex constitutionibus enim Imperatorum, qui diutissime officio functi essent, primates dicebantur et simul advocati fisci munere erant instructi. Magnam mercedem hi ferebant, 60 auri libras vel 600 aureos. Medio anno si moriebatur patronus fisci, universa totius anni solatia transmittentur. Nexibus curiae soluti erant non solum ipsi sed etiam eorum liberi, (2) ut et defensione civitatis, decurionatu, hospitio militibus praebendo, aliisque muneribus. (3) Defuncti officio in ordinem virorum spectabilium atque clarissimorum recipiebantur.

In patria vero nostra advocatus fisci publica erat persona, quales curiae adjuncti fuerunt labente aetate duo, „quorum alter civilium causarum praefectus eas res tractabat, quae Principis dominium „tangerent, alter criminalium rerum, Accusator „publicus, ea procurabat, quae ad delicta et poenas „pertinerent. (4)” De his autem, quae ministerii publici historiam proprie spectant, agere nobis non

(1) Vidd. tit. C. de adv. div. jud. (2. 7. et 2. 8.)

(2) L. 66 C. de decurionibus (10. 31).

(3) L. 1 C. quib. mun. excus. (10. 55).

(4) Van Leeuwen *Cens. for.* II L. 1 C. 11. N°. 22.

proposuimus. (1) Universe vero jure Romano advocati matriculae adscripti gaudebant quibusdam juribus. Ipsi liberi erant ab functionibus provincialibus, cum nihil aliud iis mandari posset, nisi arbitrium in loco, ubi advocationis exercebant officium. Causam si suam agebant, sportulas judici solvere non tenebantur: ad honorarium petendum actio iis non denegabatur; filii eorum praeferebantur extraneis, qui matriculae adscribi cuperent. (2)

„Le plus beau des privilèges est sans doute  
 „que la qualité d'avocat est un grade nécessaire  
 „pour parvenir à toutes les places de magistra-

(1) In curia Mechliniensi duo quoque aderant advocati fisci, quorum posterior opem ferre debebat priori in consiliis dandis, causis dicendis et instrumentis conficiendis, sed alias quoque causas suscipere poterat, modo Procurator Generalis nec ipse causam ageret, nec parti alterutri esset adjunctus. G. A. G. van Maanen, *Dissertatio de supremo Mechliniensi Concilio*. Traj. ad Rhen. 1824.

(2) De privilegiis amissis ita conqueritur Groenewegen de *Legibus abrogatis* ad leg. 7. Cod. de adv. div. Jud.  
 »Professorum avaritia, omnium malorum radice, qui in  
 »academiis laurea cuiuscunque gradus, qualescunque  
 »etiam obvios praestitis nummis ornant, magna prodit  
 »doctorum indocta et tantis privilegiis indigna turba, ideo  
 »hacc privilegia atque immunitates dignis pariter atque  
 »indignis promiscue fere abstulit temporum infelicitas et  
 »secula fere Neroniana, ut conqueritur Bugnion, de ll.  
 »abrogg. etc.”

„ture.” Ita Boucher d’Argis. Quod universe de patria nostra affirmari non licet: non ubique enim lex illud specialiter requirebat, attamen in multis gravioribus muneribus consuetudo advocati titulum postulabat, ut postea videbimus. (1)

Ab Imperatoribus nomine *clarissimorum* (L. 20 C. de adv. div. jud.) salutabantur, sed in regionibus nostris nobiles strictiori sensu non fuerunt, quod in nonnullis Galliae partibus saeculo decimo septimo adhuc obtinebat, quin et in Episcopatu Leodiensi: „A Liège la profession d’avocat était „noble, et l’avocat avait préséance sur l’anobli et „le militaire. Dans les Pays-Bas une interprétation royale du 25 Sept. 1631, reconnaît que la „profession d’avocat est *noble*, mais elle lui ôte „la véritable prérogative.” Britz *Mémoire sur l’ancien droit Belgique*. p. 517. (2)

Supra diximus, contra advocatos annexos curiae

---

(1) Ordines Ultrajectini constituerunt: »dat lid van het »hof te Utrecht zal kunnen worden alleen een persoon van »de ware Christelijke Gereformeerde Religie, hebbende den »vollen ouderdom van 28 jaren (bij nader besluit op 26 »jaren bepaald) *gerenommeert ofte gepractiseert Advocaat of »Rechtsgelcerde.*” *Te Water*, II. 1045.

(2) Conf. quoque Zypaeus, *Notitia Juris Belgici* p. 43: »Advocatos apud summa subsellia non amittere nobilitatem »nemo dubitat: imo nobilis eorum status est, quamvis »sit obscura nativitas.”

cum quibusdam alijs personis (1), coram curia actiones personales vel criminales instituendas fuisse. Non ita semper obtinuit; nam superioribus curiae mandatis e. g. A<sup>i</sup> 1531 constitutum modo erat, ut ibi actio contra eos intendi posset, si in officio quid neglexissent vel male gessissent; similiter ibi actio honorarii erat intendenda. Quod si praeterquam de officio suo conveniebantur, (2) curiae jurisdictionem recusare poterant. Sed lapsu temporis, curia hoc quoque sibi adsumsit. Ideo, cum eorum quis propter injuriam sibi illatam apud inferioris iudicii tribunal querelam instituerat, privilegium suum in perpetuum non solum amittebat, verum etiam exuebatur officio, ut testis nobis est Schrassert. (3) Decretum exstat Senatus Supremi Hollandiae, Zeelandiae et Westfrisiae, quo magistratus Hagae Comitum lege Julia *de majestate* teneri declaratur

(1) »t Placaet van de vrije Suppoosten staat geregistreert in 't eerste boek. *Sandelijn* folio 117, houdende vrij »den Raad, Griffier, Advocaet fiscael, Procureur Generael »vier ordinaris Secretarissen en zes extraordinaris, *alle »advocaten*, acht procureurs, zes deurwaerders, die van de Reeckenkamer, Rentmeester van de Domijnen, Edelen, Geestelijken, Doctoren, Licentiaten, etc. ende de interpretatie staet fol. 121. Confirmatie ii<sup>o</sup> Ernst fol. 56. *Resolutien van den Hove van Holland.*

(2) Bynkershoek *Quaestiones Jur. priv.* 1.

(3) D. I. c. 12 N<sup>o</sup> 13 Die 21 Jul. 1650.

propter violatum hocce privilegium (1). Ibi quoque salarium, etiam non promissum, recte exigitur, modo petatur in tempore. Bona eorum neque personae in Hollandia arrestari possunt nisi coram curia (2), et semper ad eam provocare possunt, exceptis iis advocatis, qui postulent pro aliis iudiciis, „nam illi „coram illo ordinario iudice conveniuntur, ubi la- „rem fovent (3).” Prout nobiles epistolis clausis advocati in Gelria ad curiam citabantur: „die het „privilegie hebben van met besloten brieven geci- „teert of gesommeert te worden, als daar zyn „Edelluyden, Hooft-Officieren van dese Provincie of „die als zoodanige worden geconsidereert, Magis- „traten, Gerichten, *der Rechten Doctoren by dezen „Hove geimmatriculeert*, 't zy dat dezelve binnen „de steden of op het platte land respectivelijk resi- „deren, die brieven direct ontfangen, dewijl haar „voorregt daarin bestaat, dat haar particuliere zaaken „en disputen zoo weinig publicq worden gemaakt, „als eenigzints mogelyck is, en obtineert deze „practyck van ouds hergebragt nog ten huidi- „gen dagen buiten alle contest.” Arnhem 16

(1) *Sententien van den Hoogen raad van Holland, Zee- land, en West-Vriesland, Vonnis 117 (A. 1590).*

(2) *Schrassert, D. I c. 12 N° 10.*

(3) *Vromans, de foro competenti Lib. I. 28, 29. L. 2 C. ubi Senatt. vel Clariss.*

Maart 1708. *Rescriptie van het hof van Gelderland aan de Magistraat van Elburg* (1). Peckius omnino eorum bona arrestari posse negat (2). Deinde immunitas iis concessa est a nocturnis vigiliis (3) et ab accisis ex decreto Imperatoris Caroli V diei 31 Martii 1516, confirmante antiquum privilegium (4). Hoc tamen in sola Hollandiae curia obtinet (5). Praeterea inveni severius animadverti in eum, qui in urbe Culenburgo illum advocatum injuria corporali affecisset, qui caussam adversarii orasset, nempe exsilio et mulcta ducentorum florenorum (6). Tandem advocatus quamvis curiae adscriptus, civitatem urbis natalis non amittebat, quod tamen ex juris publici, tum vigentis, principiis sequi videbatur (7).

Multo vero majoris momenti privilegio gaudebant cum ex lege et consuetudine, tum vero ex probata eorum doctrina, nempe quod saepe advocati vel in judicium assumerentur, vel saltem responsa juris darent,

(1) J. J. van Hasselt, *Diss. Jurid.* p. 139, 140.

(2) *De jure Sistendi* Cap. V. 13.

(3) Baldus *ad legem*. 6 C. de adv. div. judic.

(4) Merula, *Libr. IV Tit. XVII. c. 12.*

(5) Vromans, *tract. de foro comp.* L. II. c. 11.

(6) *Stad en Landrecht van Cuylenborg*, N<sup>o</sup>. 29, c. 22.

(7) *Holl. Consult.* 4. D. c. 271. Geadviseerd Aug. 1656, door J. van Andel, Kromstrien, M. van der Goes en P. van Gelre, De Privilegiis Gallorum vid. Boucher d'Argis, *Hist. Abrég. de l'ordre des Avocats*, Chap. XIX.

ut secundum ea iudex sententiam ferret. Constitutio criminalis Caroli Quinti iudices Germaniae consulere jurisperitos in causis gravioribus (1) iusserat; in patria nostra Philippus Art. 38 Edicti de stylo procedendi deinde idem praecepit.

Ita iudices Zutphanici (2) duos jurisconsultos assumere debebant (3); idem valebat in provincia Groningana (4) et Transisalania (5). Quod ad hanc attinet, statutum erat tempus, sex vel quatuor nempe mensium, intra quod advocati qui documenta, ut de iis consilia emitterent, (quod *ter beleeringe* vocabant), acceperant (6), reddere cogebantur decreto

(1) *Constit crim.* A. 105 et 119 van Leeuwen, *Proces Crimineel* p. 133, 146. Ita e. g. patet ex J. Barcls, *Crimineele Advysen* 20, 21 ab eorum sententiis saepe vitam accusati pendere.

(2) Nonne de his assessoribus Ammianus recte dicere potuisse credendum est: »Ad iudicandum usu rerum spectati »destinantur (apud Persas) parum alienis consiliis indigentes: unde nostram (Romanam) consuetudinem rident, quae »interdum facundos jurisque publici peritissimos post in- »doctorum collocat terga."? Vid. Noodt *de Jurisdictione et imperio Caput XI Lib. 1.*

(3) *Groot Gelders Placaetb.* III D. p. 601. § 24. P. 301. monetur, ne publice assumantur nisi in causis gravioribus advocati.

(4) *Ommelander Landrecht*, II B. A. 73.

(5) *Overijs. Landr. Nader Reglement* I. Art. 28 L. Art. 1.

(6) In Brabantia frequenter hoc quoque obtinuit, ut patet e. g. ex his verbis: »Den Secretaris, als Bewaar-



die 16 Martii anni 1706, sub poena, die 12 Aprillis 1723 aucta ad summam triginta quinque florenorum. Pro hisce consiliis solvebatur advocatis pecunia quaedam, quam iudex, intra sex dierum hebdomades iis dare jubebatur (1). Jureconsultus autem talia documenta accipiens jurare debebat, se responsurum ex fide bona, neque iudicem participem facturum pecuniae, pro consilio solvendae, ne

»der der Papieren, de processen ten advise brengende by  
 »Advocaten, met of zonder schepenen, zal voor vacatien  
 »etc. genieten f 3: 10: 0: *Reglement voor de Secreta-*  
 »*rissen by den Raad van Brabant gearresteert den 9 Julij*  
 »*1639, en bij H. H. M. R. 20 September 1724 vernieuwt.*»  
 »Tot meerder menagie in Criminele saken, en ontlasting  
 »van de gemeente, zullen de Schepenen voortaan niet  
 »meer zelfs in persoon ten advise gaan, maar de stuck-  
 »ken van het proces besegelt aan een Advocaat of Advo-  
 »caten toezenden, welke dezelve stucken benevens haar  
 »schriftelyck advies insgelycks behoorlyk gecachetteert  
 »weder terug zullen senden, zonder dat deswegens eenige  
 »kosten tot lasten van de gemeente zullen mogen worden  
 »gebracht, als alleen voor het schriftelyk advies met de  
 »porten van het over en weer senden. Art. 31 Regle-  
 »ment 8 May 1732.» *Woordenboek betrekkelijk de reke-*  
 »*ningen van de Steden, Vrijheden en Dorpen in de vier*  
 »*Quartieren van de Meyerye van 's Hertogenbosch door M<sup>r</sup>.*  
 »*Joh. Cornelis Santvoort. 's Hertogenbosch, 1741 I. p. 1*  
 »*et II. p. 281.*

(1) *Instructie voor de Schouten en richters dezer provincie van 13 April 1713. Art. 8. Nader Reglem. 1. Art. 30.*

ita justitia ab iis petenda, revera venalis fieret atque de ea licitari consuescerent. Gelriae advocati post quinquennalem fori frequentationem, Transisalani post triennium ita consuli vel assumi poterant (1).

Caeterum non eadem apud curiam, quae apud inferiora tribunalia advocatorum auctoritas erat, neque esse poterat; imo contra monet van Leeuwen, Cens. for. II. 1. c. 29. 6: „in superioribus curiis summo „jure introductum est ne advocatorum consultatio- „nibus et praejudiciis aliqua apud eas sit auctoritas, „et praeterea constitutum, ut si causa, quae in jure „consistit, majoris sit momenti aut altioris indaginis, „non simplici Advocatorum juris allegationi standum „sit, sed in scriptis causa instruat.”

Iis quoque locis, ubi non expresse jussum erat, solebant iudices juris non periti jureconsultos consulere (2), et ex hac consultatione decisionem ferre. (3) Quae res nomen et nobilitatem advocatorum admodum augebat iisque officium imponebat parum dissimile veteribus jurisprudentiae Romanae con-

---

(1) *Groot Gelders Placaetboek* II D. p. 619, Art. 33. III D. p. 610, Art. 55.

(2) Iudices Zutphanici ne imperitia litem suam facerent, semper consulebant advocatum, quo facto de decisione sua non tenebantur proferentes hanc jurisconsulti auctoritatem, ut testis nobis est J. Schomaker, *Selecta Consilia et responsa juris*. Tom I. p. 7.

(3) Van Leeuwen, *Proces Crimineel* V D. p. 140.

ditoribus, quorum sententias et opiniones Imperatores vim legis habere constituerunt (1). Curia ipsa advocatos nonnumquam consulebat, e. g. Trajectina dubitans, num Procuratori Generali liceret in iudicio poenam exigere facti, quod in libello accusationis non memoratum esset, advocatos ad se vocavit et quaestionem iis proposuit. Licere negarunt (2). Cum vero Anno 1602 Ordines ejusdem regionis advocatos curiae adjungerent ad sententiae latae revisionem (3), huic rei oblocuti sunt Senatores, *absurdum* atque *incaudum* vocantes, quod qui suae jurisdictioni subiecti essent de sententiis suis disceptarent (4).

(1) De auctoritate Jureconsultorum Romanorum vid. M. F. Frets, *Verhandeling over de regten, het aanzien, enz. der Rom. regtsgel.* Amst., 1822, p. 158.

(2) Van de Water, II. 1057.

(3) In caussis gravioribus curia Gelriae interdum nonnullos jureconsultos sibi iudices assumsit, ut nobis testis est J. Schrassert, *Codex Gelro-Zutphan. Tit. adj. Regtsgel.* § 1. J. J. van Hasselt, *Dissertationes Juridicae. Verh. aangaande het hof van Gelderland*, bl. 126. »Sal den »impetrant versoeken... zes adjuncten, synde gepracti- »seerde Rechtsgeleerden ofte Costumiers binnen dese Pro- »vincie, off uit de nabuyrige Hoven van Justitie." *Groot Gelders Placaetb. Ordonnantie op de Revisien*, II D. p. 569 art. 5. Cf. *Ibidem* p. 490 Art. 5. *Ampliatie van d' Ordonnantie op de Revisien*, 3. Nov. 1750. Ibi Jureconsulti nominabantur vel ab Ordinibus, vel iis deficientibus, a curia. Cf. *Groot Gelders Placaetb.* III D. p. 645.

(4) Vreede et Voorduin. *Prov. Utr. Gen. pag.* 106, A<sup>i</sup> 1847.

Testimonium enim Jureconsulti, fama celebrati, generaliter sufficere ad consuetudinem loci probandam, jurisprudentia illius temporis admisit (1). Neque ignoratur vis, quae in quaestionibus juris, praesertim mercatorii, at plurium advocatorum vel procuratorum declarationi ante tribunal factae tribuebatur (2). Imprimis vero magnam auctoritatem sententiae Jureconsultorum habebant, quae consilia juris dicebantur, de quibus vero postea dicendi locus erit.

Quod ad officia Advocatorum attinet, inveniuntur quaedam passim in formulis curiarum praecepta.

Primarium vero atque nobilissimum erat, pauperibus pro Deo auxilium praestare. „Opdat de „selve in 't ongeluck van pleyten gevallen zynde, „daerenboven niet overvallen en werden met groote „onkosten van 't Proces uit te voeren (3).” Haec enim fuit regula, in patria nostra summa cura servata, ne pauperibus justitia denegaretur.

In Transisalaniam speciatim advocatus vel procu-

(1) Schomaker, l. l. T. III c. 52 N<sup>o</sup>. 40.

(2) Inveniuntur jam saeculo decimo sexto Amstelodami, et alibi in Hollandia ejusmodi declarationes *turbes* dictae. — vid. *consult.* 174 Tom. III. *Holl. Cons.* et passim. J. van Hout, *Dienstboek* apud Simon van Leeuwen *Costuymen van Rymland*, p. 270.

(3) Merula, L. IV. c. 1 T. A. XV *Instructie van het hof van Holland.* Art. 25, 28, *Brabant* Art. 292, *Vlaenderen* Art. 162, *Utrecht* Art. 11. *over den Advocaten.*

rator ab ipsis Ordinibus constituebatur hac lege, „ende sullen die also geordineert zyn, 't selve niet „mogen weigeren tegen alsulcke beloninge als re- „delyck geacht sal worden” (1). Jac. Bouricius in libro *Advocatus* monet (2), octo fuisse in Frisia publico sumtu, advocatos designatos, qui caussas personarum miserabilium agerent. Hoc tamen ad eos defendendos tantum pertinebat, qui criminis accusati essent (3): sed generaliter ibi quoque obtinebat, ut pauperibus advocatus daretur, qui ministerium praebere debebat, nisi sonticam excusationem haberet (4).

Advocati munus maxime conspicuum in eo cernitur, ut verba in judicio faciat (5). Cavent autem

(1) *Overijss. Landrecht*, T. A. 11. 8. Cf. Tit. 19 § 5. *Cammer-Gerichts Ordnung von J. 1555*. Quo gratis hoc sua vice facere jubentur advocati.

(2) In Capite *de Officio Advocati* in caussis capitalibus p. 299 seqq.

(3) Conf. Ulr. Huberi *Praelect. ad tit. D. de postulando*: »etsi hoc mala gratia exigere iniquum (pauperes defendere): et »ex publico ad eam rem salaria constituenda erant, quod apud »nos de captivis criminum solis constitutum est, octo senioribus advocatis in illum usum honoratis.” De defensionis eorum qui criminis accusati sunt historia, vid. Mittermaier, *Anleitung zur Vertheidigungskunst*. Regensburg 1845, p. 15 seqq. (edit. quartae).

(4) Huber, *Hed. Regtsg.* IV 19. 9.

(5) *Instructie van den Hooghen Raedt van appel in Hollandt*, Art. 123.

omnes curiarum formulae, ne procuratores hocce munus sustineant, neve se immisceant rebus, quae advocatorum sunt (1), ut et advocatis a ministerio procuratorum abstinendum est. Scripta conficere in caussis, quae summam centum florenorum excederent, non permissum erat procuratoribus in Transisalaniam. Hoc enim advocatorum munus erat: cumque universe non exigua hujus officii pars in scriptis consistat (2), jubentur nulla edere scripta, nisi signata (3); quin etiam, si ab alio confecta sunt, manu sua, nisi post diligentem perscrutationem omnium, quae in iis memorantur, non approbanda (4). Brevitatem autem ut et in scriptis et in orationibus non negligant, saepius quoque admonentur, cum in legibus, tum in Jureconsultorum operibus (5).

Prolixitas enim et loquacitas ab advocatis nos-

---

(1) *Eod.* Art. 163 *Inst. voor 't Hof van Vlaenderen. Resolutie van den Hove van Holland.* 4 Feb. 1568. *Cammer-Gerichts Ordnung.* Tit. 19 § 2.

(2) Van der Linden, *Judicieele Practyck*, III B 1<sup>o</sup> Hoofdstuk § 1—4.

(3) Art. 135. *Inst. v. d. Hoogen Raedt*, Art. 134 *eod.* Art. 165 *Inst. v. d. Hove van Vlaenderen.*

(4) Art. 132. *Inst. v. d. Hoog. Raedt.* Art. 8 *Inst. voor 't Hof van Utrecht.* Art. 169 *id.* *Vlaenderen.*

(5) Longa hac de re disputatio exstat apud Heemskerck *Batavische Arcadia* p. 541 seqq. *Groot Gelders Placaet Boek* III D. p. 542. *Reglement, tot verkortinge van de mondelinge Pleidoien.*

tris abfuisse non videntur (1). Deinde naevi ac vitia, quae in hisce scriptis non raro occurrebant, peculiari decreto curiae Hollandiae ansam praebuerunt (2).

Indignationem advocati, si adversarius vel moribus vel pravis machinationibus vituperandus videtur, quis est qui reprobaturus sit? Attamen et in hac re subinde peccatur; quod et juri et dignitati, tum ipsius judicium cum advocati adversatur.

Hanc ob causam quoque constituerunt Ordines, ut, si advocatus conviciis uteretur, prima et secunda vice mulcta, postea suspensione vel ademptione muneris puniretur (3). Si quis vero Ciceronem, in Vatinius testem fulminantem, imitari vellet, obsta-

---

(1) Art. 127. *Hoog. Raedt. Utrecht.* A. 5. *Vlaend. A.* 137, Art. 33. *Ordinant. Crim. Styl.* Schomaker, D. I c. 59 N<sup>o</sup>. 19.

(2) Op huyden is geresolveert, dat, soo wanneer de rapporteurs in 't visiteren van de processen bevinden eenige fauten in de Schriftuyren van parthyen, deselve fauten sullen annoteren en den Hove in 't visiteren van 't Proces aandienen; en sullen alsdan de advocaten de Schriftuyren geteekent hebbende metterdaet ontboden en hen belast werden deselve fauten te corrigeren, en ook gecondemneert werden in een ypecras tot discretie van den Hove. Actum 26 Maart 1593.

(3) Art. 129, *Hoog. Raedt.* Art. 3. *Hof van Utrecht.* Huber, *Hed. Rechtsg.* IV. 18. 12. Cf. *Cammer-Gerichts Ordnung v. J. 1555.* Tit. 23. § 2. *Groot Gelders Plaetboek* III D. p. 553 Art. 49.

rel quoque curia (1). Cogitur enim reprobationem testis vel eorum, quae in medium allata sunt, scriptam curiae tradere, quae cum adversario non communicabitur.

Jure Romano a tribunali abesse Advocato non licebat; si quis cum comteatu per quinquennium, sine comteatu per biennium abfuerat, munus ei auferebatur (2).

Hoc vero in patria nostra obsolevit, cum numerus certus non esset, et igitur nemo in eorum locum succedere prohiberetur. Si vero causa quadam suscepta patronus urbem derelinquet, multa punietur, nisi alium in suum locum constituerit (3). Neque hoc quidem in Transisalaniam permissum est, nisi specialiter ei concessum fuerit ab eo, cuius causa agitur. A Curia Flandriae abesse non licebat sine venia praesidis (4).

Ne autem advocatus ignoraret, an causa quam suscepit, hoc illo die, in judicio ageretur, procurator tenebatur eum hujus rei certiozem facere ut et ipsi nuntiare, quae universe in causa accidant (5); quod an omissum sit, jusjurandum advocati probabit. Hora constituta advocatus et pro-

---

(1) Art. 130 *Hoog. Raedt.* Art. 7 *Hof v. Utrecht.*

(2) L. 28 c. *de adv. div. jud.* (2. 8.)

(3) Art. 126 *Hooge Raedt.*

(4) Art. 16. *Inst. voor 't hof van Vlaenderen.*

(5) Ord. *Hoogen Raedt. Hof v. Vlaend.* Art. 163.



curator adesse debebant. (1) Advocati verba faciebant stantes, prout Procurator Generalis vel Advocatus fisci, non antea pilo se ornantes quam hoc a Praeside curiae vel tribunalis permissum fuerit, toga semper induti. (2) Quum advocati Gelriae simul procuratoris officio fungantur, pilo se ornare iis prohibitum est. (3) Antea hic rubris palliis induti ad curiam accedebant, ut patet ex decreto die 21 mensis Julii, A. 1683. Silentium ne turbent dum ceteri verba faciant, Merula quoque monet (4): caeterum non multa occurrunt de forma ac modo causam orandi. Si autem quis rem aut

(1) *Eod.* Art. 125 et *Hof v. Utrecht.*

(2) J. J. van Hasselt, l. 1. p. 145.

(3) »De impetrant van *purge* is gehouden in eygener persoon te compareren, ende hem selven te presentceeren om in hegtenis te gaan, ende *blootshoofds*. Gelyck sulx by 't volle Collegie van den Rade op 7 Dec. 1621 is verstaan in de zake van M<sup>r</sup> Marten Egmond, Impetrant van *Purge* (willende gaan staan onder de andere Advocaten in derzelve Bank): Dat namentlijk een Advocaat, Impetrant van *Purge*, niet en vermag te staan in de Banken onder de andere Advocaten, maar gehouden is te gaan staan ter plaatse, waar andere Impetranten gewoon zyn hun te verwoegen: alsoo hy in sodanigen gelegentheit daar niet en komt in qualité als Advocaat, maar als Impretant van *Purge*, en sulcx in reatu zynde." *Decisien en Observatien door Joannes Loenius, uitgegeven door M<sup>r</sup>. Tobias Boel, Junior, Advocaat. Rotterdam 1735, p. 7.*

(4) Merula, IV. 17. 7. 10.

factum male enuntiaverat errore quodam lapsus, ante litem contestatam eodem die etiam ultro, deinde autem non aliter quam inpetrata restitutione in integrum (1), res reparari potest. Errorem autem juris constituti invocare non possunt (2), quamquam de juris ignorantia ipse advocatus non tenetur; Advocatis quoque etiamsi sese ad patrocinium praestandum obtulerunt, propriam imperitiam non imputari tradit *Bugn. de legg. abr.* l. 1, sat. 124, idem fere *Christin.* Vol. 4, dec. 95, n<sup>o</sup> 5. *Groenewegen de legg. abrog. Inst.*, L. IV, Tit. III, si tamen culpa atque negligentia eius damnum illatum est clienti, actio huic datur. (3) Facta inprimis advocatum animadvertere debere, recte monet van Leeuwen (4), cum cogatur iudex ex officio jus supplere, quamvis id ignorare turpissimum habeatur. (5) Tandem neque testis neque

(1) Een bekentenis, dewelke by dwalinge van den advocaat is gedaan in 't Gerechte en strekt de parthyen tot geen nadeel by aldien sulx in de eigen instantie komt herroepen te worden. *Vonnissen van den Hoogen Raad van Holland, Zeeland en Westvriesland.* Vonn. 121, bl. 207 (Rotterdam 1655.)

(2) *Codex Novus Batavus.* bl. 94 II D.

(3) *Ordon. H. Rade.* 7 Jan. 1658. art. ult. 46 et *Provis.* 21 Oct. 1669. *H. Rade.* 1 May 1681. Aliter *Groenewegen de leg. abr.* J. L. IV Tit. III.

(4) *Room's. Holl. Regt.* II B. 1<sup>ste</sup> D. 0. 6.

(5) *Schrassert*, III. c. 129, N<sup>o</sup>. 84.

fidejussor advocatus clientis esse potest; (1) clientis causam quasi suam quidem peragat ac tueatur, adversarius vero ipse non fiat. Quodsi videmus, apud curiam Hollandiae, advocatum, si causam susceptam iniquam esse animadvertat, eam derelinquere debere, in jure Transisalanico contra admonetur potius, ne causam susceptam derelinquat sine gravissimis rationibus, sub poena pecuniaria et arbitraria (2).

In Frisia vero, teste Hubero, advocatis vetitum est ut in Hollandia, et quum nonnulli distinguerent, dicentes licere quidem id in iudicium afferre, quod specialiter a cliente jussum sit, negat hoc quoque fieri posse, cum ita advocatus injustitiam falsis argumentis corroborare et affirmare teneretur, quod probum virum nequaquam decet.

Recte tamen van der Linden in supplemento ad commentarios Voetii ad tit. 1, Libr. III, Dig. dicit, non nimis stricte hoc interpretandum esse: „Quantus etiam non est causarum numerus, quas „in utramque partem salvo honestatis officio, disputare licet? Nonne quotidie videmus, iudices „litis expensas compensando, declarare eum, qui „succumbit, non fuisse temerarium litigatorem? An „has omnes causas dubias advocatus rejiciet, si

(1) De Haes, *N. Cons.* p. 426.

(2) *Overijsselsche Landrechten*, II. 14.

„fortasse tanquam iudex clientis opinionem non  
 „esset admissurus? Hac sane ratione multi inno-  
 „centes manerent indefensi.” Vid. quoque Schulting  
*Thes. Contrav. dec.* 9, p. 33. *Cammergerichts*  
*Visitations-Abschied*, § 59, v. J. 17, 3.

Antiquissimis temporibus apud Romanos (1) pe-  
 cunia quoque huic arti stimulo fuit. Cum vero  
 „vectigalis jam et stipendiaria plebs senatori esse  
 „cooperat, (Livius XXXIV, c. 4) lata est Anno  
 „550 lex Cincia, quae omne donum vetuit pro caus-  
 „sis orandis renitentibus vel maxime patribus.” (2)  
 Sed florentibus Scaevola, P. Crasso, Hortensio,  
 Cicerone et eiusmodi iureconsultis, non potuit non  
 lege tantum, sed et moribus et ingenio longe ab  
 foro pecunia non abesse. Magis vero magisque  
 homines pecuniae causa verba facere inceperunt  
 postquam Claudius modum usque ad dena sestertia  
 posuit, motus precibus eorum qui dictitarent, „Asi-  
 nium et Messalam inter Antonium et Augustum  
 bellorum praemiis refertos aut ditium familiarium  
 heredes Aeserninos et Arruntios magnum animum  
 induisse, se, modicos senatores, qui et a repu-

---

(1) De honorario advocatorum Romanorum, vid. J. de Wal  
*in diario de Gids, Vijfde Jaargang*, p. 487 ubi censura agi-  
 tur libelli consultissimi van der Feen, saepius laudati.

(2) *Fac. Ann. Libr. XI. C. 5.* „Consurgunt patres, le-  
 „gemque Cinciam flagitant, qua cavetur antiquitus, ne  
 „quis ob causam orandam pecuniam donumve accipiat.”

blica nulla nisi pacis emolumenta peterent. Cogitaret plebem, qua toga enitesceret, sublatis studiorum pretiis etiam studia peritura." (1)

Ita igitur apud Romanos lege definitus erat modus honorarii, quod advocatis competebat, (quod beneficio Imperatoris peculium quasi castrense quoque habebatur), neque haec res nostrates fugit. Omnibus enim in formulis curiarum salaria constituta sunt, (2) quae in Senatu Supremo curia Hollandiae et Ultrajectina paene eadem, in Flandriae curia aliquantulum majora sunt definita. Inprimis prohibitum erat, ne pars rei in iudicium deductae, quota litis, (3) iis promitteretur, neve paciscerentur, ut victoria tantum reportata, sibi honorarium deberetur. (4) Salaria etiam non promissa recte petuntur, quum sit privilegium advocatorum et nonnullarum personarum, quae indicantur l. 1, D. *de var. cognit.*, quamvis alioquin ex natura contractus mandatum sit gratuitum neque mercedem

(1) Tac. *Ann.* XI. Ulp. L. 1 § 12 *de extr. cogn.* (50. 13.) Licita autem quantitas intelligitur pro singulis causis usque ad centum aureos.

(2) Huber, *Hedend. Regtsg.* IV. 18. 8.

(3) *Instructie voor den Hove van Utrecht*, A. 14. Idem *Overijss.* II *Holl.* 71. *Brab.* 288. *Vlaend.* 154.

(4) Van Leeuwen, *Rooms. Holl. R.* II B. 1. O. 6 E. 6. § 2. *C. de postulando.* W. de Groot, *Isagoge*, p. 13. *Resolutie van het hof van Gelderland*, van 29 April 1633 en 15 Januarij 1638.

recipiat, et actio contraria impensas necessarias et utiles tantum contineat. (1) Si quis in curia Gelriae duos sibi assumsit advocatos, eodem modo sunt honorario ornandi, ita tamen, ut unius modo honorarium in impensis ab adversario solvendis sit computandum. Num advocatus in sua causa honorarium petere possit, vid. van Hasselt, p. 138, qui affirmat, si ideo ab aliis causis suscipiendis abstinere debuit.

Intra biennium peti necesse erat, neque ullum habebant jus retentionis (2) quamvis Golhofredus *de Salario*, Cap. XIII, § 17, dubitatum hac de re esse dicit: „affirmantibus, inquit, propiores sumus, sic tamen ut modus hac in re quidam sit. Occurrit tamen in art. XLI *Reglement, soo omtrent desolate boedels, als omtrent het Recht van praeferentie, van den Rade van Gelderlandt*, 18 Junij 1738: „Landt-schrijvers, Secretarinen, Advocaten en Procureurs, hebben praeferentie op 'tgeen „geprofiteert word van de Processen, die sy be„dient hebben, en gewonnen syn, mits hetselve „binnen gelycke tyt van drie jaeren, nae dat de

---

(1) Schraessert, D. I C. 12 N°. 10, D. 3 C. 129, N°. 84.

(2) Art. 165 *Hooge Raed.* 10 et 11 *Utrecht* 167. *Vlaenderen*, van Leeuwen, *Censura Forensis* I 37. 11. In Comitatu Zutphanico post decennium actio denegabatur. *Groot Gelders Placaetb.* II. D. p. 622.

„triumphante sententie is gepronuntieert, invorderende.” *Groot Gelders Placaetboek*, III D. p. 641. Cum petebatur honorarium, declaratio addebatur, ut de veritate constaret, et si pecunia quaedam erogata dicebatur ut obligatio aliqua inde existeret, tamen causa debiti attendebatur neque condemnatio sequebatur. (1)

Attamen usu his legibus derogatum est, neque hanc honorarii aestimationem advocati semper secuti sunt, (2) Guil. Grotii memores, monentis: „Het is al te vyl, dat men sal overgrootte ende „onbehoorlycke voordeelen najagen; want men „moet die ghelegenheyt niet waernemen tot een „vuyl gewin ende oneerlyke geldtrekkinge. Maar „men moet daardoor na vermeerdering van eer „trachten.” *Inleiding tot de Practyck van Hollandt*, p. 13.

Quod si advocati in Transisalaria decreto de salario non obtemperabant, in poenam incurrebant 70 florenorum; praeterea iis praescriptum erat ut in taxando „niet so seer op de grootheid der „schriftuyren, als wel op de *essentie* van dien „reflexie sullen maken.” (3)

(1) *Res. Hoog. Raedt* 27 Novb. 1573. Apud van Alphen *Papegaaij* II p. 3. Cf. *Cammer-Gerichts Ordnung*, v. J. 1553. Th. I Tit. 46. Th. III. Tit. 50.

(2) *Placaet* 4 Octob. 1540. *Reglem.* 15 Feb. 1659.

(3) *Nadere Regl.* N<sup>o</sup>. 1. Art. 36.

Posteriori decreto constitutum est, quantum chartae quaque vice scriptura implere liceret. (1) Primum decretum est Anni 1692, posterius anni 1719.

Talibus curiae decretis regi advocati Hollandiae noluere. Anno 1659 Ordines intelligentes non observari praecepta in formulis curiarum, haec renovarunt, atque addidere jusjurandum ab advocatis praestandum, quod nempe non amplius quam his legibus permissum esset a cipientibus petitari essent, omnia bene atque ordine notantes, ubi et quo tempore honorarium meriti essent; quod jusjurandum praestaretur quaecumque de honorario quaestio esset. Antea scilicet jurare debebant se contentos fore taxatione curiae, quod tolerabile videbatur; nam curia non adeo stricte praecepta illa urgebat, nonnullis tantum in causis honorarium, ubi aequitatem excederet, minuens. Nunc vero jurandum erat, ut omnino, sine ullo temperamento his legibus tenerentur.

Hoc non ferendum arbitrabantur, sed eundem qui hactenus fuerat, computandi morem sibi petiere, rogantes, ut qui extra modum honoraria peterent, punirentur ex lege istiusmodi turpibus factis sta-

---

(1) *Nadere Regl.* N°. 2. Art. 13, 14. De comitatu Zutphanico item *Groot Gelders Placaetboek.* II D. p. 620 Art. 34. III D. p. 610 Art. 56. De honorario Advocatorum universe: *Ibidem* II D. p. 622, 631 III D. p. 601, 617, 627.



luta, cuique enim sui facti meritam poenam esse dandam. Qua de re nullus umquam dissensus inter curiam et advocatos fuerat; curia non erat nimis severa sed justa, advocati ne cupiebant quidem, ut impunes manerent rabulae illi forenses, „welke zy „zelve niet zouden kunnen noch willen erkennen „voor ledematen ende consorten van zoo een tref- „felijk collegie (1).”

Elegerunt igitur ex 103, qui tum Hagae fuere, advocatis, viros consultissimos van der Werve, van Rosendael, G. Grotium, Dedel, Burgersdijck, van Limborg, et quem omittere nefas sit, Casparum Fagel, futurum Hollandiae Consiliarium, qui nomine omnium curiam adierunt, decreto obtemperare se posse negantes hisce allatis argumentis: advocatos injuria affici; honorarium nusquam tam arctis limitibus esse circumscriptum, magnis impensis opus esse ut quis advocatus evadat, cum vulgo per sex vel septem priores annos nil fere mererent; penes advocatos solos ex rei natura esse aestimationem, quantum operae atque difficultatis quaeque causa secum traxerit (2): pro pauperibus gratis, pro multis frustra esse agendum; se non intelligere quo jure art. 44 permissum sit, honoraria

(1) Van der Kop, *Nieuwe Consult.* p. 241.

(2) Grotius in *saccum litigatorium.* Poëmata p. 304.

»Sacculus hic litis discordia continet arma:

»Alter caussidicis gratior aera dabit.”

jam soluta repetere, cum lex ad praeterita revocari non possit: honorarium, quod nunc soleant accipere, non esse magnum, quod vero ex decreto curiae solvendum foret, esse nimis parvum, imo toto coelo mutata rerum conditione, auctis divitiis, crescente in dies luxu, ridiculum (1); advocatos talibus legibus a summis in republica viris adstrictos odiosos fore populo atque contemptui habitum iri; hoc ipsum justitiae nocere; honorarium non idem esse debere pro re tenui atque pro re gravi et intricata; non idem ab homine mediocris fortunae vel divite solvendum: praesertim vero jusjurandum esse et turpe et inane et injustum: *turpe*, quia etiam honestissimus quisque cogereetur jurare: *inane*, quia, qui plus quam par esset peteret et mendax haberetur, non timeret perjurium; *injustum*, quia jusjurandum praestitum non liberaret, sed praeterea adhuc inquisitioni curiae locus foret, quae si obtineret, eo ipso advocatum perjurii fieri reum.

Auditis a curia plene iis satisfactum est et responsum, decretum eatenus vim habiturum, quatenus eo advocati non gravati essent; caeterum rem in suspenso fore atque, quibus antea solebant, vivere pergerent legibus. Hac re contenti advocati iterum officiis intermissis vacare coeperunt.

(1) Cf. G. W. Vreede, *Hooge Raad van Holland, Zeeland en West-Friesland in Jaarboekje voor de Regt. Magt*, 1841, p. 45.

Anno vero 1692 denuo idem fere quod anno 1659 de honorariis cautum, et praeterea de brevitate in scriptis servanda, quae trecentos articulos excedere nefas erat. Secuti exemplum a superioris aevi advocatis datum, iterum a curia abstinebant, atque octo ex se elegerunt, qui verba facerent. Non vero eo tempore 103 sed 77 modo advocati aderant, vel saltem se conjunxerunt. Sed admissi non sunt; querelae a curia acceptae responsum est, hujus rei non penes se, sed penes Ordines esse arbitrium; officia sine mora esse suscipienda. Hoc vero non placuit; ad Ordines se converterunt, interim deprecantes novae formulae introductionem, et provocantes ad exemplum anni 1659. Ordines curiam consuluerunt, (die 13 Martii) quae respondit: (die 19 Martii) exemplum, quod invocarent advocati non ita se habuisse, honorarium non tam exiguum esse; Ordinibus ab advocatis gravamina esse exponenda, interea nihil sibi videri innovandum. Ita decreverunt Ordines; advocati libellum porrexerunt, (Mense Majo) non multum discrepantem a praecedenti, additis superiori querela et documento, quo probarent advocatis Anno 1659 revera immunitatem esse concessam. Haec scripta tradita sunt (die 31 Mense Majo) curiae, quae iterum (die 2 Octob.) respondit, gravaminum non esse rationem habendam, advocatosque jubendos esse causas rursus orare. Attamen postea duo adhuc li-

belli ab advocatis Ordinibus sunt oblati, quibus responsum non est, unde sensim paullatimque res ad pristinum statum videntur reductae, quamvis per plures menses officiis non vacatum sit, ut ex libello postremo patet supplice (1).

Revera tamen legibus de honorario nunquam strictim obeditum est (2).

(1) vid. van der Kop II.

(2) Quae in urbe Amstelodamo de methodo procedendi coram scabinis constituta erant, nil de honorario statuiebant. Advocatis ipsis hoc relinquebatur; si vero id ab clientibus actione persequi volebant, a scabinis minui poterat salarium, teste van der Feen *de Orde der Advocaten* p. 18. Conveniebat hoc cum usu fori. Animadvertit quoque Merula *Prax. civ.* Lib. 4 Tit. 102, aestimari »pro ratione laboris atque itineris pro fori et judicii consuetudine.» Et apud Groenewegen *de legg. abr.* ad D. L. 50 tit. 13: »Hodie non pro advocati facundia, sed fori »et judicii consuetudine advocatorum honoraria taxantur.» *Holl. Regtsg. Woordenboek, getrokken uit de werken en toegezondene geschriften van vermaarde en kundige Rechtsgeleerden, etc. in een compleete orde te samen gesteld door een genootschap van Rechtsgeleerden en uitgegeven onder directie en het toezigt van M<sup>r</sup>. Franciscus Lievens Kersteman. Prof. honorair en practiseerend advok.* Amst. 1777 p. 8. »Dat ondertusschen practizyns niet preciselyk aan de Instructie nog reglementen gehouden zyn, »blykt onder anderen zeer klaar uit eene aanspraak by den »geleerden Raadsheer M<sup>r</sup>. Anthonis Slicher aan de advocaten en Procureurs van den Hove op Kloppertjesmaandag »den 7. Januarij 1737 gedaan, waar hij zegt: men moet

Sed in hisce, qui ultimo loco oblatis sunt, libellis duo mihi praesertim animadvertenda videntur. 1°. Quod, quum advocati 1659 passim, Gallorum morem imitati *Ordinem* se dixerint (1) et a curia agniti sint tanquam delecti ab *omnibus* advocatis, contra Anno 1693 omnem suspicionem conjurationis a se avertant, et a curia non collegium dicantur, verum *magnus numerus* advocatorum (2). Sic enim legitur: „Zy luiden allen, ende een ieder van hun in „t byzonder, zulks hebben gedaan, ende noch doen, „niet by wege van concert, min van eenig mutueel „engagement ofte verbindtenisse, maar integendeel „uit een eige particulier ende vrijwillig begrip, 't „welk ieder van hun voor zig zelve daarvan heeft „gehad, ende nog is hebbende.” Non ita demisse locuti fuissent superiores advocati, neque talis erat illis animus, qui revera imitari voluerint (3) factum advocatorum Galliae, quos tradit Loi-

» onderscheid maken tusschen zaken van zeer hoog belang,  
 » etc. De rest laten wy aan de bescheidenheid dergenen  
 » die lust hebben om voor genereus en bescheiden geacht  
 » te willen zyn.”

(1) v. d. Kop, p. 242 »de gemeene ordre.” et passim.

(2) v. d. Kop, p. 318 l. l.

(3) Vreede et Voorduin, *Prov. Utr. Gen.* 1847 p. 107.  
 » Wanneer onze oude regtsgeleerden, in het volle gevoel  
 » van hunne onafhankelijkheid, de erkenning vorderen van  
 » hetgeen zij achten aan hunne waardigheid of stand zonder  
 » der krenking van regt, niet te kunnen worden geweigerd,

sel omnes A. 1602 per tempus a curia recessisse propter artic. 161. Edicti Blesensis (Blois) introductum; sane si duo vel tres abstinuissent, ridiculum erat. Sed,

2°. Quod, quamvis semper invocaverint exemplum advocatorum A°. 1659. eoque se excusare contentur, tamen eadem juniorum ratio non habita est. An forte deerant Ordini insignes ac praeclari viri, quales fuerant qui saeculo XVII medio tantum valere et auctoritate et doctrina, van der Werve, van der Goes, Corn. Bosch, Guilielmus Grotius, Van Strijen, Vromans, Petrus Bort, alii? An qui delegati fuere ad curiam spectatissimi viri erant, quales celebrantur Burgersdijk, van Limborg et Casparus Fagel?: „Mannen van eer ende conscientie „en die ook haar eed en pligt verstaan ende be- „tragt, alsmede in cas van salaris de redelykheid „beoogt hebben, die ten tyde als zy practiseerende „Advocaten waren, zoo veel publike preuves van „haare integriteit ende genereusheid hebben ge- „geven.” (1)

His igitur legibus vivebant, quae ubi curia esset, Ordinis decus atque honorem tuebantur; ubi pauciores numero et tribunali inferiori subjecti es-

»het is het gebruik der magtige regterlijke ligchamen van  
»het buitenland, waarop zij zich bij voorkeur beroepen.”  
Ita quoque apud v. d. Kop p. 245.

(1) Vreede, l. l. (1841) p. 46.

sent Advocati, magis imperantes fuere. Vere nobis affirmare posse videmur, ubi officia advocatorum minus circumscripta atque lege definita fuerint, ibi majori laude et sapientiae et virtutis eos gavidos esse, nimirum in curia Hollandiae, Ultrajectina, Frisica et Gelrica. In Transisalaniam vero et comitatu Zutphanico, ubi minor eorum ratio habebatur, imo contra in legibus saepe reprehenduntur, atque tantum non manuarum opera conficientibus aequiparantur, minorem, ut res ipsa fert, doctrinae atque constantiae laudem universe invenias.

Docebit ita advocatorum Belgicorum quoque historia, eos, quo legibus minus teneantur, eo minus his indigere; quo magis patria eos honoret, eo majori eos patriae esse ornamento. Sed ne citius ad calcem percurramus, jam de singulis videndum erit, qualisque fuerit eorum doctrina, in republica status, fama posteritati relicta.



## CAPUT II.



### ADVOCATORUM NONNULLORUM SAECULI DECIMI SEXTI ATQUE SEPTIMI ENUMERATIO.

Saeculo decimo sexto, ut jam monuimus, praesertim in provinciis meridionalibus jurisprudentia floruit, multi vero in nostra quoque patria jureconsulti insignes illo aevo affuerunt. Hanc autem materiem aggressis monendum nobis videtur, in animo non esse, scribere historiam juris litterariam. Eos enim viros tantum memorabo, de quibus mihi constare videtur, revera ab iis operam esse praestitam causis orandis et reis defendendis; qui vero tanquam professores vel iudices inclaruerunt, ubi non appareat revera eos advocatos fuisse, hic in censum venire non possunt.



Hanc ob causam huius temporis duos eximios Jureconsultos aegre omitto, qui ceteroquin omnium oculos primi ad se vertissent, Viglium a Zuichemo (1), atque amicum eius Hopperum (2). Statim enim post studia peracta professores creati, advocati revera non fuerunt. Sed hos solos provincia Frisia non aluit. Advocati enim celebrandi sunt: Sixtus a Dekama, qui jurisperitia inclytus unus e duodeviginti viris fuit, qui Anno 1532 ab Ordinibus agri Frisiaci (exceptis urbibus, praeter

(1) Professor in academiis Bituricensi, Patavina et Ingolstadenſi, praeses concilii intimi status, multisque aliis muneribus ornatus. Auctor primarius fuit edicti Crimineeſe ordonnantie van Philips II, de quo opere ita Ampl. van Hall. *Regtſg. Verh.* p. 113. »Van hem was het, dat »men eenen arbeid zoo wijs en menschlievend doordacht »als met naauwkeurigheid zamengesteld kon en mogt ver»wachten.» Schiller *Geschichte des Abfalls der verei. Nederl.* »Dieser verdienstvolle Greis war einer der grüsz»ten Rechtsgelehrten seiner Zeit, dabey noch Theolog und »Priester. Der Ruhm seiner Gelehrsamkeit erfüllte sein gan»zes Jahrhundert und hat seinen Namen zur Nachwelt »getragen.» Plura de Viglio dabunt R. van Ommeren, G. de Wal, Star Numan, de Wind, alii.

(2) Professor Lovanii, iudex in curia suprema Mechliniensi, a Philippo Rege in Hispaniam vocatus, ibi mortuus est anno 1576. De quo Cl. de Wal in oratione *de claris Frisiae jureconsultis*: »Sentio quam sit difficile pau»ca de tantis viris dicere, quorum elogio exprimendo vix »integra oratio sufficeret.»

Franequeram) designati fuere, ut Reipublicae eiusque libertati consulere (1), et e quatuorviris juris peritissimis, qui electi sunt ad dirimendam dissensionem de recognoscendis summae curiae sententiis. Mortuus est anno 1558, cum per viginti annos ipse senator fuisset (de Wal p. 13 Adn.) Fecco Rhala, quem adhuc causarum patronum nobiles Frisii, foederis adversus Hispaniae regem compositi auctores, ad Albani ducis tribunal evocati, Antverpiam misere, ut ipsorum nomine responderet, quique postea senator factus est (2). Magnam eruditionis et jurisperitiae famam reliquit Hesselus ab Aysma, cui magna fides a popularibus fuit habita (de Wal Adn. p. 15): Virum incomparabilem eum vocat Petrus Cunaeus, antecessor Leidensis. Tandem advocati occurrunt: Eco Isbrandi in foro Frisiaco, Spirae vero per triennium; Regnerus Sixtinus, Joannes Basius industriae non vulgaris gloriam assecutus, Fredericus ab Inthiema primum Vorcomii, deinde Leovardiae, caussae defensor, Comitum de Luney saevitiae a Senatu Hollandico accusati, Franciscus Hommius, Reynardus et Henricus Neuhusius, Rembertus Horens, Matthaeus a Vierssen, qui inde ab anno 1611 usque ad annum 1625 magna cum laude advocati munere

(1) De Wal in Adn. p. 12.

(2) Ita de Wal, Oratio p. 11.

functus est, sed postea senator factus, ultima vitae tempora rebus politicis consecravit. Ab anno 1585 usque ad annum 1597 causarum patronos fuisse in curia Gellium Hillama, ut et Theodorum Scheltin-gam (1584—1598), Marcum Lycklama a Nye-holt (1597—1604), atque huius in munere Profes-soris Franequerani successorem Paulum Busium, Jacobum, auctorem libelli supra laudati, et eius filium Hectorem Bouricium (1612), aliosque testis nobis est Vriemoet (1).

In provincia Gelria praesertim floruit (de quo, tamen valet quod supra dictum est de Viglio et Hoppero) Leoninus (Elbert de Leeuw van Bommel). Studiis peractis primum quidem in academia Lovaniensi, ubi didicit, docuit successor Mudaei, et edidit multa juris scripta, inter quae excellunt *Centuria consiliorum*, *Emendationes sive observationes juris*, *Commentarii ad ll. Cod. et Dig. de jure emphyteutico et usufructu*, plura. Cum vero in diem magis se separaret Gelria ab regionibus, quae sub ditione Philippi manebant, in patriam reversus est ibique fuit: „l'oracle du jour, l'agent, le député des états généraux Belges (2).”

In consiliis juris Hollandicis nonnulla ab eo data responsa occurrunt. In rebus politicis magnam quoque

(1) E. L. Vriemoet, *Athenarum Frisiacarum Libri duo* in voc.

(2) Britz, *Mém. sur l'ancien droit Belgique* p. 90. 118,

adeptus est gloriam futurus Gelriae cancellarius non solum doctrina, sed etiam fortitudine prudentia temperata.

Lucem quidem in hac provincia vidit Giphanius, sed Germaniae ille Cujacius Altorfi et Ingolstadii, professor fuit. Hic igitur in censum venire non potest. „Nous croyons pouvoir le proclamer le premier? du XVI<sup>e</sup> siècle (1).”

Martinus Goris multum valuit juris doctrinae laude, qua dignitatem judicis in curia Gelriae consecutus est, postea cancellarii postremi munus obiit usque ad annum 1632. Pater fuit celeberrimi Lamberti Gorisii, qui de jure patrio colligendo optime meruit (2).

136, 140. De Leonino Cf. *Vita Elberti Leonini Gelriae cancellarii*, quam ipse scribere olim orsus (Matthaei Sylloge *Epist.* post *Andreae Alciati Tractatum contra vitam monasticam* Hag. Com. 1740) J. P. van Cappelle *Lofrede op Elbertus Leoninus in Bijdr. tot de geschiedenis der Nederlanden*, bl. 84. *Bijdrage tot de geschiedenis van Elbertus Leoninus medegeedeeld door G. H. M. Delprat*, in Nijhoff, *Bijdragen voor vaderl. Gesch. en Oudheidk.* VI. D. III St. 1848.

(1) Eod. p. 111 Praesertim meruit de historia juris Romani (p. 121) bibliothecam publicam in urbe Aurelianensi condidit, in jure feudali Germaniae multum praestitit. (p. 127.)

(2) Scheltema, *Staatkundig Nederland*, I p. 384. Cf. Bouman, *Geschiedenis der Gelderse Hoogeschool*, I D. p. 55.

Uterque fratrum van den Sande, Fredericus et Joannes, juris studio inclaruit. Hic imprimis illustris praxi fuit, cuius Trajecti patrocinio inclyti, multa juris consilia, in collectione Hollandicorum et Ultrajectinorum invenies: Franequeram professor vocatus est atque unus fuit e Barneveldii iudicibus. Vulgo refertur inter eos, de quibus Grotius fatetur, „eos destinatum a caeteris in reos ictum neque consiliis, neque rationibus ullis avertere potuisse (1).” Conferatur porro J. O. Arntzenius in oratione *de meritis Gelrorum in jurisprudentiam* (2).

Ex Zeelandia multi quoque se ad academias Belgicas contulerunt jureconsulti, quorum celeberrimi fuisse videntur professores Janus Ramus (Tack) et Petrus Peckius; uterque non timuit regi Philippo respondere, nihil contrarium neque illicitum in pacificatione Gandavensi inesse (3). Advocatus revera fuit Nicolaus Everardus (Nicolaes Everaeris vel Everhardi van Grijpskerke), qui eo munere inclytus tandem praeses in curia Mechliniensi factus est, in quam celeberrimi quique viri tunc cooptabantur. Na-

(1) Eo tempore fuit senator in curia Frisica: vid. Brandt, *Historie van de Rechtspleging gehouden in den jare 1618 en 1619.* p. 51. Mr. S. de Wind, *Bibliotheek van Nederlandsche Geschiedschrijvers*, I. D. p. 428.

(2) Habita die 9 Jan. 1802 cum Professoris Harderovici munus susciperet.

(3) Britz, *Mémoire sur l'ancien droit Belgique*, p. 95.

tus anno 1473 mortuus anno 1532, talis fuit, ut de eo dici possit: „les témoignages des contemporains et des jurisconsultes des siècles suivants sont „unanimés pour proclamer le grand savoir et les „éminentes qualités de ce juriste et magistrat (1).” Fuit inter primos qui consilia sua ediderint. Ex eadem fertili jureconsultorum gente memorantur: Everhard Nicolai qui ante Annum 1527 advocatus fuit Hagae Comitum, postea curiae Frisicae senator et dein praeses, tandem praeses in curia Mechliniensi, (1556) cuius filius Arnoldus praeses Senatus Supremi Batavi fuit, et Adrianus Nicolai advocatus in Senatu Supremo Mechliniensi Anno 1534, post ibi senator, tandem Gelriae cancellarius (2).

Jacobus Catsius celeberrimus quoque fuit jureconsultus, qui caussis orandis et consiliis dandis talem adeptus est famam, ut professor juris Lugdunum Batavorum vocatus sit: maluit tamen advocatus manere atque postea, ut satis notum est, rebus politicis se immiscuit (3). Apollonium Scottum, civitatis Medioburgensis syndicum, multum quoque juris studio incubuisse, patet ex epistolis Petri Cunaei (4).

(1) Britz *Mémoire sur l'ancien droit Belgique* p. 68.

(2) J. W. C. van Hasselt, *Het geslacht der Nicolai. Gids* 1839, N<sup>o</sup>. IX. *Mengelingen* bl. 356 et seqq. usus auctoritate doctissimi de la Rue *Geletterd Zeeland*.

(3) J. Cats, *Twee en tachtig jarig leven*.

(4) Petri Cunaei *Epistolae editae cura Petri Burmanni Leydae* 1725. Ep. 24, 25, 26. (1619.)

Ex Brabantis florere jureconsulti: Henricus Agylaeus Sylva-Ducensis praesertim litterarum studiosus, multa juris scripta e graeco in latinum vertit sermonem, et anno 1579 partes provinciarum septentrionalium secutus, scripsit *Inaugurationem Philippi II*, quo opere ostendere conatus est Philippum indignum esse imperio. In libro *Historie der stad en Meyerije van 's Hertogenbosch* viri cons. J. H. van Heurn p. 119, T. II. memoratur tanquam medicinae doctor („Mr. Hendrik in den Hoorn „genaamd Agileus leeraar in de Geneeskunst”), apud van de Water (1586) occurrit tanquam Procurator Generalis. „Quid in Justiniani et Leonis Novellis, Photii Nomocanone cum commentario Theod. Balsamonis, aliisque vertendis praestiterit, vid. Homberg *in praef. novae Novellarum Justiniani versionis praemissa* (1).”

Guilielmus Masius e vico Leende prope Sylvam Ducis, mox vero Lovanium professor vocatus est Anno 1621. Scripsit *Singularium opinionum in jure civili libros II*. Imprimis vero Diodorus tuldenus SylvaDucensis est laudandus, qui inde ab Anno 1615 usque ad Annum 1620 ibi advocatus fuit, honoris caussa doctor utriusque juris Lovanii creatus, ibique, factus Professor Graecae linguae et

---

(1) Van de Water, II<sup>e</sup> D. p. 1053. Bor. I. XIII T. II p. 73 et L. XX. p. 652

juris civilis. Indicavit ea quae in jure exercendo reformanda essent in *Serie aphorismorum quorum ductu quaestiones et facta disceptari possent. Initamenta jurisprudentiae* sunt orationes, quas habuit lectiones suas auspicans magna eloquentia, elegantia Ciceroniana, conscriptae (1). „Tulden était „philologue, philosophe, avocat praticien, professeur et auteur critique, une des illustrations de „l'époque.”

Ex provincia Ultrajectina mihi innotuerunt advocati: Florentius Thin, qui ter ad ducem Albanum missus est, ut deprecaretur sententiam, qua urbs Ultrajectina propter laesae Majestatis crimen omnibus erat privata privilegiis, quique appellationem ab iniquo judicio ad regem Hispaniae conscripsit (2). Van de Water ad annum 1630. dicit: „Mr. Jacob de Wijs, Peter Dierhout en Arent van Hornhoen syn alle drie gecommitteert in plaatse van Mr. P. van Leeuwen en Dr. Otto Schrasser overleden, mits te samen trekkende de gagie van twee Raadsheeren, daer de Heeren van de Ridderschap verklaerden by meerderheid sig mede te confirmeeren, op conditie, dat men de Advocaten van Dalen, Weede, en Helmis van Welle voor allen

(1) Britz, *Mémoire sur l'ancien droit Belgique*, p. 174, 232, 269, 280.

(2) Scheltema, *Staatk. Nederl.* p. 365. Bor. Tom. I p. 329. Bondam, *Verzam. v. onuitgeg. stukken*, I D. p. 33.



anderen sal houden geprefereert, soo haest weder een plaalse ten Hove sal koomen te vacceeren." Practerea nobis occurrunt in vita clari Theologi Joannis Uytenbogaertii verba (1): „Joannis werd besteld eerst by Mr. Antonis Buyser, Advocaet voor den Hove van Utrecht, na, by Mr. Johan Bogaert die van syn maegschap was, te gelyk Canonick, nae, Deecken van St. Peters te Utrecht, ende met een, een seer treffelick Rechtsgeleerde, die hoewel hy selve te Hove niet en pleytede, hadde evenwel in 't consuleren, maecken van schriften ende anders groote practycke." In praxi praesertim laudibus inclaruerunt J. Sarcerius, J. Byridop, R. Loessius, B. van Coesfelt, van Zijl, B. van Zutphen, C. de Vianen, van Ewyck, celeberrimus Christianus van Rodenburgh, auctor insignis *tractatus de jure conjugum* (2). Hi vero optime cognoscentur ex consiliis juris, quae nomine Ultrajectinorum collecta sunt, ut et ex Hollandicis, quorum pars ab iis data est. Sed haec nunc perscrutari et loci dispositio et tempus vetant.

In Transisalaniam nos advocatos celeberrimos non invenisse non sane mirum videbitur iis, qui legerint art. 24 veteris *Landrecht van Averissel, van*

(1) *Johannis Uytenbogaerts leven* II<sup>e</sup> Druk, 1646, in praef. p. 6.

(2) Foelix *Traité du droit international privé* p. 24. praef. et p. 9.

*voerspraken.* „Item so wanneer enige parthien an den rechte tho doen hebben, und enen voerspraken met sich tho dage voeren willenn, so sal die voersprake van den parthien nicht meer nemen, dan die frie kost, uth unde weder in syn gewarsam, unde daer tho elkes dages eyn halff Heren punt, voer syn arbeyt. Dann als die parthien enen voerspraken int gerichte, offte an dat gerichte vonden, Idt sy in ener Stadt offte int kerspelp daer men hem behoebet, sal die voersprake beholden umde verbunden syn, den parthyen tho denen, unde ere woert tho voeren, unde sal daervan nicht meer hebbenn, dan tho elkes ene quarte wyns uthgesundert die Hoge Banck, by Landtdaghen unnde Claringen, waer hie sal hebbenn van ellick parthie den hie dient enen oert goldes. Unde wert sake, dat ennich voersprake des weygeringe dede, offte die parthien hier banen beswaren wolde, die sal na den geen woert voer ennich gerichte meer voeren. Und doch sollen alle parthien diet begeren umde hem vermeten, hoer woert selves mogenn doen unde voeren, by hoer ban unde bote, daer inne de Richter gene wederweygeringe, mer behulp doen sal.” Huic articulo omnino convenit, quod jam antea de advocatis Transisalanis Germaniae advocatis aequiparandis in medium attuli (1).

(1) Landrecht van Averissel tho samen gebracht unde

Hollandia vero omnium hac in re quoque feracissima fuit. Inter primos inveniuntur advocatos: Franciscus van den Bergh Delphis natus, senator in curia suprema Mechliniensi Anno 1556 ut et Guilielmus Crieplus Anno 1574 ex eadem urbe oriundus (1); Gerardus van Hoogeven aetate juvenili advocatus clarus, Lugduni Batavorum syndicus, postea consul, curator Academiae (1524—1580). Agmen vero advocatorum in recenti republica ducit Oldenbarneveldius, meis laudibus non celebrandus. Hic vero quum dicat suo tempore octo modo Hagae Comitum fuisse advocatos, triginta annis post longe aliud quid nos docet Grotius: „Eorum qui juris scientiam profitentur, magnus in „Batavia est numerus et Hagae major aliquanto quam „olim Romae fuit: quippe ultra centum ascendit extra eos qui in oppidis consulte de jure respondent „et cavent clientibus. Sunt in hoc censu viri maturi studiorum et quos cum rerum usus, tum eruditio quoque commendat (2).”

Sed de singulis est agendum; occurrunt: Joannes van Treslong, nobili stirpe oriundus, qui advocatus

---

uthelecht door Melchior Winhoff. Tweede Druk door J. A. de Chalmot, Campen, 1782, p. 478, Cf. p. 441 et p. 206.

(1) Bleiswyck, *Beschrijving van Delft*, p. 768, 791.

(2) Hug. Grotii Batavi, *Parallelon rerumpublicarum liber tertius de moribus ingenioque populorum Atheniensium, Romanorum, Batavorum*. Haarlem 1802, p. 40.

assumptus est legationi ad fatum deprecandum, quod odium ducis Albani Joanni van den Einde parare videbatur, ab Ordinibus Hollandiae missae. De quo testatur Bor, „een van de principaelste en kloekste „advocaten van den Hove van Holland (die na- „maels eerste President van den Hoogen Rade van „Holland geweest is).” Antverpium quum pervenisset ubi tum erat Dux, „soo ist gebeurt, dat de voorsz. „Meester van Treslong verzocht audientie van den „voorz. Rade van trouble, welk verkregen hebbende „heeft d' oorsake van de komste der voorsz. Heeren „Gedeputeerden verhaelt en voorts by monde wat „te vry defenderende de sake en het goed recht „van den voorsz. Meester Jacob van den Einde, so „is hy aldaer alle den gantschen dag als gevangen „man in een kamer van denselven huys beset en „bewaert geweest (1).” Sane pulcherrimum exemplum illius libertatis dicendi, quam omnes, qui de advocatis scripserunt auctores tantopere in aliarum

(1) Conf. eiusdem Joannis van Treslong egregius libellus, quem pro vindicando jure defensionis etiam in inquisitione praevia criminali 19 Majo 1557 Senatu Supremo Mechliniensi porrigendum curavit. Register van Aert van der Goes Anno 1557 pag. 58, 59, 60.

(2) Bor. *Nederlandsche Historien*, Boek 4 p. 210 „het eerst president van den hoogen raad.” Boek 17 p. 330. Mortuus anno 1583 die 5 Jun. dicitur: „een zeer trefselijk geleert man.” B. 18 p. 401.

regionum causarum patronis, laudant! Franciscus Francken, qui syndicus urbis Goudae creatus dicebatur: „Advocaet voor den Hove van Holland, „wesende een geleerd, jong en ervaren man” (A<sup>o</sup>. 1583). Per aliquod tempus munere functus est advocati Hollandiae, sed cum hoc in perpetuum ei deferretur, precibus civium permotus, munus non suscepit. Auctor fertur notissimi instrumenti, quo Anno 1587 exposuere Ordines Hollandiae, quibus fundamentis niteretur sua potestas (1). Mortuus est anno 1617 iudex in Senatu Supremo.

Nempe vetus erat mos, ex quo celeberrimi advocati syndici urbium vel regionis eligebantur, ut patet ex multis exemplis cum Oldenbarneveldii et Francisci Francken, tum ex iis, qui sequuntur et innumeris aliis. Inter quos, quis cogitat inclityta nomina Romualdi Hogerbeetsii, Hugonis Grotii, Jacobi Catsii? Joannes Berck Dordraci syndicus fuit, postea legatus ad regem Angliae et curiae Hollandiae iudex adscriptus (1565—1627): Joannes de Haen insignis advocatus Hagae Comitum et Amstelodami, Harlemi syndicus creatus est, una cum Oldenbarneveldio et Grotio condemnatus, feliciori vero fortuna usus, patriam effugit in ducatum Holsatiae (2).

(1) Conf. de eo *cons. Holl.* 209 T. II et c. 139. T. VI et Vreede *Hooge Raad.* (1839) p. 37.

(2) De eius virtutibus et scientia vid. Grotius *verantwoording* p. 292.

Joannes van Banchem, postea Praeses Senatus Supremi Hollandiae, teste Merula, erat: „Jurisconsultus celeberrimus olim non privatorum modo, sed multarum urbium et regionum oraculum: hodie vero ad summum honoris gradum, *incivis etiam*, evectus” (1). Jacobus Coren, iudex in Senatu Supremo deinde factus, cuius celebrantur observationes rerum in supremo senatu Hollandiae, Zeelandiae, Frisiae judicatarum. Item consilia quaedam. (2) Cornelius Haga (1587—1654) qui adeo jurisperitia et caeteris ingenii dotibus excelluit, ut Anno 1610 in Sueciam mitteretur a quibusdam Hollandiae mercatoribus, litibus nonnullis, ibi cum rege ortis, finem impositurus; postea iterum legatus Byzantium missus, post 28 annos in patriam rediit, atque famam Jureconsulti rursus ita sibi vindicandam curavit, ut praeses Senatus Supremi mortuus sit. (3) Brederodius, quem Terrasson vocat: „le célèbre” (4), quique scripsit, inter alia, *Thesaurum sententiarum, Regularum et Decisionum Juris Civilis*, quique in rebus politicis, legationibus obeundis, optime de patria meruisse

(1) Vreede, *Hooge Raad*, 1839 p. 31.

(2) Eod. p. 44.

(3) Statim Praeses creatus est teste K. J. R. van Harderwijk, *Levensschets van M<sup>r</sup>. Cornelis Haga*, Schiedam, 1848 p. 26.

(4) Terrasson, *Histoire de la jurisprudence Romaine* p. 393.

videtur. (1) Guilielmus Grotius scripsit vitas Jurisconsultorum et Isagogen ad praxin fori Batavici Belgice post biennium versam, ut et Enchiridion de Principiis Juris Naturalis. De eius fatis omnino legendus est H. Vollenhoven in opere *Broeders gevangnisse Dagboek van Willem de Groot*. Hagae Comitum 1842. p. 47. Neque omittendi videntur, Simon van Beaumont, senior huius nominis jureconsultus saepe sententiam rogatus, ut liquet ex consiliis Hollandicis (1574—1654), Guilielmus Boreel advocatus Societatis Indicae Orientalis, postea multis legationibus ornatus (1590—1668). Anno 1624 nobis occurrit Nicolaus Dedel, curiae Hollandiae advocatus, professor Leydam vocatus, num meritis talem honorem adeptus, Petrus Cunaeus dubitat (2) multos consanguineos et propinquos eum ex consulibus aliisque magistratibus Leydensibus habere, monens: sed eum hic aequum iudicium non ferre, ex ipsa epistola effici potest. Meliorem sententiam fert de jureconsultis Gerardo Bronchorstio, postea professore Harderovici (Ep. 162), ut et de Joanne Cabeljavo, quem Ultrajectinis professorem juris frustra commendavit. Ep. 166. Inter huius temporis ad-

---

(1) Pieter Corn. Brederode door Mr. G. W. Vreede in *Bijdragen voor vaderlandsche geschiedenis en oudheidkunde*, Nyhoff, III. p. 266.

(2) Petri Cunaei Ep. 140.

vocatos fisci memorantur Theodorus (Mr. Dirk) Graswinckelius scriptis notus et Joannes Moons, de quo Groenewegen testatur (1): „Joannem Moons „Hollandiae, Zelandiae et Westfrisiae fisci Advocatum et Procuratorem Generalem, cuius exactum „judicium solidamque theoriae et praxeos scientiam „magni facio, aliosque fori nostri coryphaeos in „dubiiis saepe in consilium adhibui.”

(1) In praef. tractatus *de legibus abrogatis*.



### CAPUT III.

#### DE CONSILIIS JURIS.

Quanta autem doctrina universe Jureconsulti nostri praediti, quantaque auctoritate ornati fuerint saeculo decimo septimo, praesertim nobis apparebit inspicientibus collectiones consiliorum, quae hoc imprimis tempore edita sunt. Subscripta enim sunt eorum nomina, nonnumquam addito die, quo responsa data sunt, neque tantopere aberat, quin eadem auctoritas iis attribueretur, quanta Romanorum Jureconsultorum sententiis atque opinionibus. (1) Pluribus saepe una simul quaestio

---

(1) J. Schomaker *praef.* p. 7. »Eo magis quod eo tempore vivimus ut potius credamus decisionibus, quam le-

proponeretur; saepe junioris responsum sententia majoris natu confirmabatur, in arduis quaestionibus ter vel quater confirmatio addita est. Quaedam in eadem consiliorum collectione sibi opposita sunt, quod tamen rarius fit. Semper memores quod falli humanum esset, verba „dunkt onder correctie,” vel „salvo aliorum iudicio” perpetuo adjiciebant. In majori quaestionum parte agitur de re testamentaria vel de communione bonorum, quae inter conjuges locum habet, nonnullae sunt juris mercatorii, juris feudalis, juris criminalis, perpaucae juris publici, fere non adsunt juris gentium. Rectissime de iis mihi iudicare videtur Britz in opere laudato dicens: „les précieux *consilia*, ouvrages de haute portée, ont le plus contribué à „établir la réputation des auteurs et servent le „mieux à faire connaître l'ancien droit.” Tom. I. p. 126.

Prodierunt plures horum consiliorum collectiones, (1) quarum antiquissimae sunt Hollandicae et

---

»gibus, adeo ut iudices hodie tam pomposi sint, ut, nisi »videant textum aut decisionem in terminis, fidem non »adhibeant.” et pag. 8 docet impensas litis compensari, si opinio victi firmata esset consilio duorum advocatorum fama bene notatorum. Hoc vero tantum in Zutphania nobis obvenit.

(1) Definitio consiliorum invenitur apud F. L. Kersteman, *Holl. Regtsg. Woordenb.* p. 9, in voce *advyzen*.

Ultrajectina; postea J. Schrassert et M. A. van Lamzweerde Gelriae, J. Schomaker Zutphanicae regionis praesertim, consilia ediderunt a singulis vel solis vel cum aliis quibusdam Jureconsultis data: L. C. H. Strubberg collectionem consiliorum Transisalanicae publici juris fecit. Praeterea adsunt *Nederlandsch Advysboek*, a viro cons. J. van den Berg, *Nieuw Nederlandsch Advysboek* praecedentis complementum, *Vervolg op de Hollandsche Consultatien*, congestum a viro docto G. de Haes et van der Kop. *Decisien en observatien van Mr. J. Loenius vermeerderd met advysen van Regtsgeleerden* a viro cons. Tobias Boel, juniore; Mr. J. M. Barels, Practizeerend advocaet voor den gerechte der stad Amsterdam: *Advysen* over den koophandel en zeevaart mitsgaders verscheidene turbes memorien etc., meerendeels van Mr. A. van den Ende als ook J. Ardinois, D. Helmans, en andere gerenommeerde Amsterdamsche advocaten. Amst. 1781. Eiusdem *Crimineele Advijzen* Amst. 1778. Tandem scripsit vir. cons. J. J. van Hasselt adnotationem et addenda ad consilia Hollandica.

Omnes autem has consiliorum collectiones accurate perscrutari longum foret negotium; ut vero animadverti possit, quantopere altioribus studiis et indagine digna sint, paululum moremur in investigandis Hollandicis, quae vocantur, in quibus

vero multa Ultrajectina et caeterarum provinciarum quoque occurrunt, quaeque mihi memorabiliora videntur, tum quod in iis omnium fere advocatorum consilia occurrant, tum quod ibi inveniamus nomina celeberrima, inter quae animadvertuntur:

R. van Amsterdam et Quirinus van Stryen, quorum uterque plurimis subscripsit (179 et 177) consiliis. N. van Sorgen (125); Hugo Grotius, (96); A. van Stryen (83), W. van Stryen (1) et J. van Stryen per plures annos Amstelodami celeberrimi advocati; Joannes de Witte (76), quibus quantitate editarum sententiarum proximi accedunt: Cornelius Bosch, cuius ad unum e Barneveldii iudicibus notum est effatum: aliquamdiu Leydae juris Professor, dein anno 1619 munere motus (2);

(1) »Famense Regtsgeleerde Practisyn''. M<sup>r</sup>. T. Boel, ad Loenium p. 409. Vreede, *Hooge Raad*, etc. 1839 p. 50.

(2) Tydeman, Aanteek. op *Bilderdijk*, XI D. p. 281, 282. »Tegens van Santen wierdt op een tydt, door den »Heer Cornelis Bosch *vermaerd* *Rechtsgeleerde*, geseit. De »luiden seggen drie dingen van u, die ik niet en kan »gelooven, en daer ik u over verdedige. Hij vraagde »wat dat was. Het eerste, seide Bosch, dat gy niet veel »verstandts heb: het tweede, dat gy gierigh syt, het »derde is my ontgaan. Het eerste, sprak hy, geloof ik »niet: want gy hebt in den Advocaet (Oldenbarnevelt) »een crimen des doodts gevonden, 't welk de grootste »Rechtsgeleerden niet moogelyk is uit te vinden. Aan 't »tweede syt gy noch minder schuldigh, want gy hebt om

W. de Cocq; van Peene; J. van den Andel; D. de Jonge e gente in Zeelandia clara; Guilielmus Grotius; J. Willemsz; Paets, J. Vermeeren, P. Buys, S. van Veen, ex gente nobili ortus, (1) in munere advocati fisci Hugonis Grotii decessor S. van Beaumont, Longinus, Corvinus, C. van Cuyk, van der Muelen, B. van Culemburg, Ev. van der Schuer, H. Roch, J. Moens (2), M. van der Goes, Cloek, S. van Groenewegen van der Made, urbi Delphis ab Actis et secretis, qui edidit librum *de legibus abrogatis* frequentis adhuc usus; P. Bort scriptis juridicis varii generis clarus. Unum quoque adest Oldenbarneveldii in hac collectione, ut et unum Hogerbeetsii consilium.

Illud agit de quaestione, num dies, culpa notarii testamento non adjectus, postea ab eo possit adjici, quod negatur (3): hoc vero, datum simul cum Icto van der Meer, docet, quamvis peregrinus legibus nostris non sit ligatus, tributa tamen solvenda esse, imposita hypothecae, tanquam juri in re immobili,

---

»vier en twintigh hondert gulden sulk een vonnis helpen  
 »wysen, dat ik om al 't goedt van de werelt niet sou  
 »willen doen." Brandt, *Historie der Rechtspleginge*,  
 bl. 199.

(1) Scheltema *Staatkundig Nederland*, in voce.

(2) De Joanne Mpons vid. Vreede, *Hooge Raad* etc.  
 1839 p. 45.

(3) Cons. 328. T. III.

quae res immobilis regitur lege territorii ubi sita est (1).

Sed inter viros, quorum immortale nomen statim nos arripit, primarium obtinet locum Hugo Grotius. Quamvis major scriptorum pars Theologiae sit sacrata, adsunt praeter scripta historica et iuridica, de quibus hic non agendum, in consiliis Hollandicis eius nonaginta sex. Quorum plurima tempore, quo munere advocati fisci et syndici Roterodamensis fungebatur, sunt data. Eminent praeter caeteris brevitate et perspicuitate: semel tantum ab aliis jureconsultis sunt confirmata, quamvis hoc saepe ita fieret; sufficebat nomen Hugonis. Praesertim consulebatur in controversiis testamentariis et communionis inter conjuges; in paucis juris publici caussis, quae occurrunt, imprimis eius ratio habebatur. Probitatem ab juris quaestionibus abesse non debere docuit, cum rogatus de validitate clausulae testamentariae, eam non valere respondens, addidit „doch sullen de erfgenamen ab intestato wel „ende eerlijk doen, soo zy aan de rechtsinnige „armen deselve laten volgen, hoewel zy na ri- „geur van Rechten daartoe niet en souden kon-

---

(1) Cornelius van Nicustad de sententia quadam locutus vocat, Hogerbeetsium een waren overste in de Rechten." *Vonnissen van Huwelyksche voorw.* N°. 22. *Hollandsche praktijk in Rechten* p. 305.

„nen werden gecompelleert (1).” Injuriam monet libello famoso non inesse nisi in specialem personam sit directa (2); testibus duobus negantibus maleficium, magis credendum esse quam mille affirmantibus (3). Quaestione proposita, num assecurator, qui ignarus pretium rerum, quae invelhi prae edicto non poterant, assecuravit, scientibus assecuratis, si confiscatae sunt, restituere debeat, negavit, quia res esset contra bonos mores; et cum in assecuratione societas quaedam inesset, in hoc iudicium non venire, quae ex causis prohibitis amittantur. Affirmat praeterea, si assecuratus, ut bona servet, impensas fecerit, eas esse restituendas, dummodo bona fide sint factae neque protractae ad donationes, tunc enim reducendas esse ad illum modum, quem secutus fuisset vir diligens (4). Sed omnes recensere, quamvis operae pretium non negabo, jam in animo non habeo. Sufficiat animadvertere consilium copiosissimum sive potius dissertationem de iurisdictione, quae ex juris publici tum vigentis principii curiae, Ordinibus et urbibus seorsim competet (5). Profecto, quamvis non dixeris hanc Grotii

(1) Holl. Consult. III D. p. 437. c. 155.

(2) Notissima est controversia nostra aetate de interpretatione Art. 367. Codicis Poenalis agitata. vid. Pleitrede in zake C. A. Thieme van Mr. D. Donker Curtius. (1839).

(3) Holl. consult. III. D. c. 157.

(4) Cons. Holl. III. 175.

(5) Eod. III. 326.

theoriam libertati favisse (1), dignissima investigatu atque lectu habenda est disputatio, quippe quum in ea tota de judicandi potestate in patria nostra quaestio versetur. Theses principales, quas ibi propugnat, hae sunt: appenes Ordines est suprema potestas: privilegia concessa sunt a Principe, contra potestatis suae abusum, non contra Ordines: his igitur evocare licet quamvis a Philippo Burgundo privilegium concessum sit de non evocando, quod jus alioquin omni supremae potestati competit: suprema judicandi potestas semper apud Ordines fuit, qui eam modo permiserunt curiis; iudicium autem tollitur, vetante eo, qui iudicare jussit: urbibus competit imperium et iurisdictio, quod imperium iis auferri non potest et in quo comprehenditur jus aliquem ex urbe exsulandi, nullis limitibus circumscriptum, non solum ex sententia iudicis sed ex plenitudine potestatis. Attamen magistratus tenentur hac de re rogati Ordinibus rationes reddere, non vero Comiti (2), quamvis ex eius nomine jus dicatur; sine appellatione in rebus criminalibus Scabini jus dicebant, atque hoc permansit, quamvis nonnullae aliae res ad curiam delatae sint: verbo, ur-

---

(1) Cf. Mr. Pieter Bort, *Tractaat van Crimineele Saacken* p. 174. et E. Luzac. *Holl. Rijkdom* III. 267. Qui nostram sententiam propugnat.

(2) De Groot... stond bij den Prins bekend als een gestreng verdediger van 's Lands privilegien. *Luden* p. 224.



bibus esse plenam potestatem, constrictam modo utilitate publica; quod curiae minime contemnere licet. Totum hoc Consilium Juris Publici magis est tractatus, quam opinio de jure emissa. (1).

Adhuc animadvertendum videtur Cons. 340. Lib. III., ubi Grotius agit de jure, quod Principi competat tanquam Archithalasso in hostium naves, Cons. 178, de piscatu prope insulam Spitsbergen, quae a nostratibus primum occupata fuit. Quaerebatur autem an peregrinos ab hac arcere liceret, quod affirmat Grotius, quia ita apud Anglos et Danos fuerit usitatum, qui, quousque tormenta exploduntur, piscari prohiberent; „quis enim aspernabitur idem jus dici sibi, quod ipse aliis dixit, vel dici effecit?“ et quia, quod attinet ad maris sinus, possessione decennii hoc jus excludendi acquisitum esset. Hoc autem responsum datum est Amstelodami Anno 1632 ut et Consilia 174, 176, 177 et 179, quamvis ipse tum latitare cogeretur, atque in publicum prodire propter ostracismum ipsi non liceret. (2) Exstat

---

(1) De ea, quae nobis intolerabilis videretur, potestate magistratum urbanorum, quaeque nitebatur decreto Ordinum Hollandiae A° 1591 d. 10 Sept. acerrime conqueritur Meijer. *Inst. Judic.* T. IV. p. 323 seqq. et p. 401. Conf. F. Hulshoff Diss. *De appellandi facultate in caus. crimin. admittenda.* Amst. 1846 p. 212 seqq.

(2) H. Luden, bl. 218, seqq. de Burigny p. 191. »pour s'occuper en attendant qu'il fût absolument instruit de

quoque consilium Hamburgi datum, unde effici potest, quanta auctoritas eius decisionibus tribueretur. Tandem animadvertamus cons. a Grotio aetate juvenili datum 157, Tom. V. ubi quaestio versatur de usu et auctoritate praescriptionis in dirimendis controversiis juris Gentium et hic adhibendae circa regiones, ab Episcopo Monasteriensi vi occupatas. (1) Magnus fuit hac in re jureconsultorum dissensus, ita ut ab una parte van Amsterdam, Vermeeren et van Kuijk (2) ab altera G. van Strijen et Hugo Grotius starent, qui rem in favorem Mauriti, in detrimentum Episcopi decidunt.

Joannes de Witte multa quoque consilia juris dedit, ex quibus observanda mihi videntur: Cons. 27 Tom. II. ubi agitur de damno navi a nave illato et affirmat, nullam servatam fuisse differentiam inter „binnen 's lands en buitenlandse overzey-„linge na d'experientie en kennisse van meer dan „veertig jaren.” Cons. 65 de avaria pro dimidia parte ex jactu solvenda; 235, de obligatione in solidum inter mercatores; 147, Tom. IV. de pretio locationis navis solvendo usque ad diem interitus, quod ab undecim aliis Jureconsultis est confirmatum;

»son sort, il résolut d'exercer la profession d'avocat consultant.”

(1) Cf. K. G. Günther *Europ. Völkerrecht in Friedenszeiten* II T. § 24. p. 117. Altenburg 1792.

(2) Nomen etiam occurrit van Cuyq.

C. 85 tom V. de domicilio non mutato, quamvis mercaturae causa in alio loco habitatum sit (1); Tom. VI. c. 13 de impensis ab assecuratore solvendis praeter summam assecuratam ad servandas res factis, (2) c. 85, ubi diversae quaestiones de institoribus [factoors] occurrunt,

De Witte consulebatur maxime in rebus mercatoriiis, sive solus sive cum Jureconsultis van Amsterdam, van Stryen, J. van den Andel et C. van Kuyk. Omnia autem horum consilia recensere operae pretium non esset, sufficiat memorasse Cons. 318 Tom. 1, ubi docet R van Amsterdam conatum falsi testimonii puniendum non esse; Cons. 76 Tom. II ubi multorum jureconsultorum opinio invenitur de tormentis in caussis criminalibus adhibendis, et docetur eorum usum quam maxime esse restringendum; requiri indicia luce meridiana clariora; confessionem sine his indiciis (3) in tormentis factam non nocere; et generaliter adeo mitis et humana sententia emittitur, qualem vix eo tempore expectares. Porro Cons. 182 Tom II ubi non iteranda esse tormenta explicite docetur. De publicatione bonorum condemnati multa quoque consilia data sunt. R. van Amsterdam (Cons. Holl. Tom. I 325) statuit, eam lo-

---

(1) B. W. Art. 9 N<sup>o</sup> 3.

(2) W. van K. Art. 655, 656, 283b.

(3) Van Leeuwen *Proces Crimineel* III K. p. 37.

cum non habere circa mortui bona: van Swaanswyck, eam non obtinere nisi in crimine laesae majestatis ex decreto Ordinum Hollandiae A. 1593. Cui decreto subscripsit quoque Oldenbarneveldius, cui non profuisse, historia docet. (1)

Contra vero adsunt duo consilia, in quibus agitur de incantationibus; quae res, ut notum est, illis temporibus non tam aliena erat, c. 312 Tom. I. ubi van Amsterdam poenam mortis vel exsilii infligi solere, in casu vero mitiorem ferendam esse sententiam docet; et 119 Tom. IV. ubi testis reprobatur, qui ex incantationibus testimonium ferre posse perhibebatur.

Tandem occurrunt Leonini nonnulla Latine scripta; uti et Professorum Leidensium et Ultrajectinorum, quae advocatorum consilia confirmant: sunt et professorum nonnulla, quae ab advocatis confirmantur.

Quae res si ostendit, quanta auctoritas nostris advocatis a civibus suis tribueretur, aliarum regionum incolas non aliter sensisse, testimonio est Cons. 76 Lib. II, quod his verbis incipit: „Alsoo over „eenige jaren eene geleerde consultatie van ver- „scheide Rechtsgeleerden in den Hage in Holland is „gedaan over zekere quaestien en geschillen tusschen

(1) Peculiarem edidit librum quatenus publicatio in nostra patria admittenda videretur, Tobias Boel causarum patronus Amstelodamensis, in opere *Amsterdams privilegie en poorterregt*, Amstelodami A° 1713.

„de Venetianen en die van Marseille gevallen. En „dat die consultatie alhier is geapprobeerd. Soo is „goedgevonden, noch op een ander quaestie met de „selve geleerden te advisereren en consulteren, of met „zoodanige die jegenwoordig in 't leven zyn, op de „navolgende species facti.” Casus positio autem ex Italorum sermone versa est: quaestio erat quando tormenta adhibenda essent. Profecto non parva est laus!

In supplemento Cons. Hollandicorum praesertim nomina A. van den Ende occurrunt, P. Buys, van Hertogveld, Helmans, Verryn, La Bassecour, F. van Ellinckhuyzen, H. C. van der Vliet, ut et Juris Professorum, Voet, Noodt, van Eck. Van den Ende Advocatus Amstelodamensis imprimis plurimis initio saeculi XVIII subscripsit, atque saepe confirmavit Voetii consilia. Ideo maxime animadvertenda mihi videtur 16 T. I. decisio, civibus Romano-Catholicae religionis licere bona relinquere pauperibus eiusdem Ecclesiae, quod Tom. II *Nederl. Advysboek* in casu, qui saeculo fere post locum habebat, admodum, inde ab cons. 80 usque ad 97 de hac quaestione, disputatur. Negabant novem jureconsulti Belgii foederati, inter quos Ploos van Amstel, Pagenstecher, affirmabant omnes Brabantiae, sex Hollandiae et Voorda, quibuscum fecit curia Brabantiae. Praesertim difficultatem movebat, quod Ordines Generales A<sup>o</sup> 1655 vetuerant legare pauperibus illius religionis; sed affirmantes distinguebant inter gene-

rales pauperes et particulares, ita ut his quidem liceret. Cons. 124. Libr. 1 van den Ende jure respondit, privilegium concessum Societati Indicae Occidentali excludendi omnes aliorum naves, vim contra peregrinos non habere. Tandem animadverti volo casum in collectione *Nieuwe Hollandsche Advysen* a Jurecons. de Haes edita, ubi curia Hollandiae judicavit legati bona arresto praecludi posse, si debita sunt ab eo, non tanquam legato, sed tanquam mercatore contracta, cum ita jus suum quidem persequi legatus, contra eum vero actio dari non posset, atque Ordinibus Anno 1679 decernentibus legati bona detineri non posse, non in animo fuisse casum legati, qui rei mercatoriae operam dedisset, sed de debitis eos cogitasse, quae a legatis fieri soleant et debeant. Caeterum cf. de hoc argumento *Bynkershoekii liber de Foro Legatorum*.

Sed diutius in his consiliis morari velat libelli dispositio: ex dictis jam patebit, saepe adhuc jureconsulto operae pretium fore haec adire, atque scientiam patrum in suos usus convertere. Breviter tamen adhuc videndum de alia collectione, quae dicitur *Bellum juridicum*, edita Amstelodami A. 1683, in qua sententiae sibi invicem contrariae diversorum jureconsultorum opponuntur, addita decisione curiae vel Ordinum. Notabilis, ut quae esset magistratibus urbanis subinde gubernandi methodus cognoscatur, est decisio 43, ubi A. 1664 exsulatur

advocatus Janus de Vries ex urbe Dordracō, quod contra consulem dicebatur excitasse gildarum magistrōs, cum in conventu magistratus eius urbis pro iis verba faciens, negaret admittendum esse alius gildae magistrum (de deken der Bontwerckers). Eum puniendum esse censuere G. Grotius, R. van Moleschot, J. Walbeek, G. van Hogenhoeck. Liberaliori opinioni faventes eum absolvendum esse judicabant S. van der Werve et W. van den Kerckhoven. Eiusdem generis est casus 31. (1) Sed memoratu digna est quaestio, quae tractatur in casu 36. Scimus, Cornelium de Witt accusatum esse ab homine quodam fama male notato, conatus ipsum corrumpendi ad interficiendum Principem Arausiacum (2). Pro delatore sententiam emi-

(1). Conf. eiusdem generis condemnatio in Lijfstr. Regts-oef. te Amsterdam door Jacobus Koning p. 176. «Nicolaas Mujs van Holy, van Amsterdam, oud 54 jaaren, »Advocaat, gevangen over 't schrijven, laten drukken en »uytgeeven van lasterlijke brieven, requeste, als andere »seditieuse geschrifte, dienende tot affront en calangie van »den regter en andere persoonen. Is geconfinceert voor de »tijd van vijf en twintig Jaaren op een verseckerde plaats, »om aldaar gehouden te worden buyten acces en na »piratie van dien ten eeuwigen daagen gebannen uit Holland en Westvriesland.»

(2) Cf. *Geschiedenis des Vaderlands* door Mr. W. Bilderdijk uitgegeven door Prof. H. W. Tijdeman X D. p. 19 seqq. p. 214 seqq. Bijvoegselen.

serunt van Kerckhoven, P. Bort, G. van Kin-  
 schot, C. van Rysoort: qui censuerunt (pudet  
 referre!) ultimo supplicio Wittium esse afficiendum ;  
 nihil referre, quod accusator persona infamis esset  
 „quod in accusatione criminis laesae Majestatis,  
 „etiam testes famosi et alias intestabiles admittantur,  
 „atque in hoc judicio unicus testis indicium ad  
 „torturam faciat (l. 7 *ad leg. Jul. Maj.*)” saeva  
 Farinacii verba sua facientes: „in tali crimine ju-  
 „dices pronos esse debere ad puniendum, non adeo  
 „attentis juris solemnitatibus.” Hanc opinionem non  
 jus, sed tempora dictaverunt. Sed defensores qui  
 vera principia tuerentur, non defuere. Animadver-  
 terunt in libello supplice curiae Hollandiae oblato  
 advocati J. van den Bosch, Brantwyck, J. et P.  
 de Groot, T. Cinq, J. Pesser, R. Kien, J. Deym  
 et ipse J. de Witt, accusati frater se defensuros  
 non fuisse accusatum, cum hoc sibi non necesse  
 videretur in caussa quae ne speciem quidem crimi-  
 nis haberet, nisi curia inquisitionem specialem atque  
 incarcerationem jussisset; delatorem esse infamem,  
 quod probabant sententiis allegatis pluribus con-  
 demnatoriis, esse et inimicum accusato, qui contra  
 eum ratione officii actionem publicam instituisset, atque  
 eo ipso tempore iterum accusasset criminaliter in  
 eodem tribunali: nil referre quod delator se ipse  
 obtulisset tormentis, nam hoc nihil aliud probaturum,  
 nisi quod plus doloris ferre posset quam accusatus;



testes non esse admittendos, quibus testimonii dictio non esset; non apparere corpus delicti, nec delictum esse quoddam commissum: crimen Majestatis hac in re nullam praebere distinctionem: fore ut ita in nostra republica quoque valeret proverbium, „crimen „Laesae Majestatis vere erat crimen eorum, qui „omni crimine vacabant;” et uni homini potestas ita concederetur, alium tormentis afficiendi.

Plus valuisse apud curiam delatoris calumnias atque metum plebis, quam innocentiam, est, quod perpetuo lugeamus. Rationes sententiae ipsa aperiri ausa non est.

Nonne haec, quamvis ex tanta doctrinae mole exigua, satis jam probant non defuisse causam, ob quam dicere potuerit nostrae aetatis scriptor: „Si nous voulons comparer nos juriconsultes avec „ceux que la Hollande a produits pendant cette „période, nous devons avouer notre immense infériorité.” (1) Attamen fuere nonnulli viri, qui saeculo decimo septimo exeunte non ita gloriosum judicium de nostris jureconsultis ferrent. Inter eos fuit Noodtius, qui A° 1689 Ultrajectum Professor vocatus, orationem habuit *de caussis corruptae Jurisprudendiae*: „Nostrum potissimum, inquit, obscurum et ignobile tempus vix paucorum lumine et

(1) Britz, *Réponse à la question sur l'ancien droit Belgique*. p.

„gloria illustratur.” (1) Cuius relaxationis studiorum causas esse dicit, quod non esse scientiam praeclaram atque magni faciendam, sed artem causidici sibi ex obscura et tenui scientia non honorem, sed praesertim exiguae emolumentum mercedis proponentis, homines credant. Negligi praeterea fontes juris; hauriri ex rivulis, (2) in ordinem molem illam non redigi, juvenes eligere semper viam, quae citius ad finem perduceret. Sed videtur Noodtius nimio scientiae suae amore abreptus, saltem magis questus esse, quam par erat. Praeter tot enim tantaque nomina, quae in investigandis consiliis juris nobis jam occurrerunt, (3) et quibus addere possimus alia non minus illustria Petri Vogelzangh (4), Cornelii et Jacobi

---

(1) Noodtii *Opera Omnia*, Lugd. Bat. Anni 1724 Tom. I p. 616, 619.

(2) »Daar de hedendaagsche doctoren en adviseurs daarentegens moeten onderwezen zijn, niet alleen in alle hunne provinciale maar ook in andere extraprovinciale wetten en regten.” J. Schomaker, *praef.* p. 11.

(3) *Consilia juris Brabantica paucis exceptis, edita non fuere, sed adsunt in tabulario Silva-Ducensi, imprimis viri cons. Gerardi van Zoemeren, (cuius et adest scriptus commentarius Over de Costuymen der stad's Hertogenbosch Anno 1716, pro summa 100 florenorum emtus), Hugonis ac Cornelii van Boxel et Syndici Crollii. De vita Juriconsulti G. van Zoemeren scripsit vir gravissimus Versfelt.*

(4) Postea Syndicus Harlemi et Senator in curia Hol-

Hop (1), Simonis van Middelgeest et M. de Hertoghe (2), D. Ypelaar, W. de Water, Pittenii, Pauli et Guilielmi Buys (3), A. van Wesel, J. Kelfken, H. Verduyn, (4) R. Schaep, (5) gentium fertilium jureconsultorum Cloek, Limborg, Everwyn, Bisschop, van Nispen, Paats, Schrassert, cogita scriptores illos, quos memorare nondum potuimus, Ulricum Huberum, Antonium Schultingium, Paulum Voetium professorem Rheno-Trajectinum, scriptorem libelli *Mobilium et Immobiliium Natura, modo Academico et forensi Anno 1666 primum editi*. Libello usui etiam forensi destinato hic in censum venit A. Matthaei liber *de probationibus* (Lugd. Batav. 1678) ut et notissimum opus *de Jure Gladii et de Toparchis* qui id exercent in dioecesi Trajectina. (Lugd. Bat. 1689), quamvis Matthaeum non facile propugnatorem jurium Advocatorum diceres. Vide-

---

andiae. Vid. *Brieven van de Witt* I 2 et II 236. Legatus missus est in Daniam, Sueciam, Borussiam.

(1) Cf. *Nederl. Advysboek* auct. J. van den Berg.

(2) Simon van Middelgeest optimam fert de eo sententiam in oratione pro Petro Grotio p. 66 passim.

(3) Fuit ex iis qui Anno 1692 libellum supplicem de honorario tradiderunt curiae.

(4) Qui edidit Sim. van Leeuwen *Manier van Procederen* Amst. 1739.

(5) Deinde in Senatu Supremo collega Bijkershoekii vid. in *praef. Observ. Jur. Rom.*

atur enim eius sententia de historia advocatorum Gerardi van Wassenæ et Jacobi van Dam. (1) Cogita porro Simonem van Leeuwen, celeberrimum patrum Leydensium, qui scripsit libros: *Roomsch Hollandsch Regt*, *Censura Forensis*, *Proces crimineel*, *Batavia Illustrata*, *Handvesten en Costuymen van Rynland*, et editionem curavit *Corporis Juris edendam*, diu optimam habitam.

Henricum Brouwer, qui edidit *de jure connubiorum* libros duos. Petrum Vromans, qui confecit praeclarum opus *tractatum de foro competenti*.

H. van der Vorm, qui scripsit *Verhandeling van Holl. Zeel. en West. Friesl. verstercregt*.

A. van Nispen, qui in belgicum vertit sermonem opus duorum illustrium jureconsultorum Cornelii Neostadii et Jacobi Coren, *Vonnissen, observantien van Oordeelen en Consultatien*.

Adrianum Houttuyn, qui Advocatus Hagae Comitum dedit *Reipublicae Batavae* Librum primum, periodum ab gentis initio ad Comitum usque tempora complectens, et de jure publico universali scripsit.

Themidis Batavae conditio illa aetate igitur non fuit desperata.

---

(1) *De jure Gladii* p. 571—578.



## CAPUT IV.



### DE HONORE, QUO ADVOCATI ILLIUS TEMPORIS FUERE HABITI.

Ut huic quaestioni bene responderi possit, tria mihi videntur quaerenda: 1<sup>um</sup> quomodo se gesserunt advocati, quaeque fuit illis de suo munere sententia? 2<sup>um</sup> quae fuit eorum eloquentiae laus? 3<sup>um</sup> quo loco habitus fuit Ordo?

In expositione gravaminum, quam advocati Anni 1659 Hagani curiae tradiderunt, ut jam monuimus, dicunt se hoc facere: „tot voorstant ende conser-  
„vatie van den luister en aanzien harer bedie-  
„ninge;” monent, advocatos semper honoratos fuisse, apud Romanos et Graecos summos reipublicae viros nunquam hac dignitate se non ornari sibi visos esse, sub Imperatoribus primos dignita-

tum gradus obtinuisse, medio aevo Principes nomen advocatorum usurpasse (1) renatoque jurisprudentiae studio eos splendidissimis muneribus esse spectatos; hodie adhuc in Gallia (2) nobilissimas gentes originem a patrocini laude ducere: ita quoque apud nos summos honores summaque munera semper fuisse occupata et occupari ab advocatis. Fieri quidem potuisse, ut quis eorum huic dignitati par non inventus fuerit, sed ideo Ordinem non privandum esse honore, qui inprimis advocatis carus esse debet: apud parlamentum Parisiense per quadraginta annos duos modo advocatos fuisse censu notatos, caeterum et libertatem et famam omnium esse intactam servatam. Quis neget talia verba digna fuisse praestantissimis in curia Gallica advocatis? Legimus Lutetiae advocatos Mazarino obstitisse, qui advocatum generalem Talon, sibi hostilem in exsilium miserat: adsunt autem exempla, nostrates quoque plus semel maluisse in rebus politicis sequi quod justum esset, quam quod viris, qui rempublicam gubernarent, placeret; Oldenbarneveldius vitam suam enarrans ipse, „In 't Jaar 1572, inquit, „ben ick van de drie Advocaten, die syne prince- „lycke Excellentie Hog: Mem.: eerst erkenden voor

(1) Vid. van der Kop p. 243: »ut Carolus Magnus, Carolus Tertius Romanorum rex, Godefridus Bullonius, Rex Hierosolymitanus.»

(2) Vid. Voorduyn et Vreede II.

„wettelycke Gouverneur van Hollant, een ge-  
 „weest. Ende hebbe in den selven jare resolutie  
 „genomen, ten uystersten al te doen dat ick konde  
 „bedencken, omme my onversoentlyck met den  
 „Spaanschen ende hare Adherenten te maacken:  
 „gelyck ick in Kerkelycke, Politique, ende alle  
 „eerlycke saacken ghedaan hebbe.” Audaciam ad-  
 vocati Joannis van Treslong jam supra laudavi-  
 mus, sed non minoris faciendum exemplum quod  
 in consiliis juris nobis occurrit.

Ita quum Hugo Grotius, damnatus ob sententiam  
 jussu et mandato urbis Roterodamensis, cujus syn-  
 dicus erat, in Ordinibus emissam, adiisset Anno 1631,  
 in patria per aliquot menses latitans, jureconsultos  
 A. Goes, Q. van Stryen et N. van Sorgen, atque  
 iis proposuisset quaestionem (1), an urbs illa non  
 teneretur eius defensionem suscipere, indemnem  
 illum servare et curare, ut in patria sedes tuta non  
 amplius denegaretur, quamvis potentioribus tantum  
 non omnibus Grotius adhuc odiosus esset (2), non

(2) *Waarachtige Historie van het leven van J. van Oldenbarneveldt.* p. 210.

(1) Consult. Holl. 154 Tom 3.

(2) Vid. Hugo de Groot auct. Luden, Belgica versione. Leeuwarden Anno 1830 edita d. 220. »Ook de advocaten, welke hij omtrent zijn te houden gedrag en het regt, dat hij des behoevende zou kunnen doen gelden, geraadpleegd had gedroegen zich op eene wijze, welke mannen betaamt, die belijden, priesters te zijn van het regt.” Praeterea vid.

dubitarunt cordati illi viri rem affirmare. (1) Sane apud Gallos tale factum non pressisset oblivio,

Grotii Epist. 298. de Burigny *Vie de Grotius* Amst. 1754: »il faisait consulter les plus habiles avocats à ce sujet, et quand on leur offrit leur honoraire, ils le refusèrent. pag. 189.

(1) Dunkt ons (onder Correctie) nademaal de voorsz. de Groot, het Burger-recht der voorsz. stede Rotterdam, uit krachte van de voorsz. contracte heeft verkregen, ende gepresupponeert zijnde, dat dezelfde nooit heeft verklaard, hem in dienst van de voorsz. Stede niet langer te willen laten gebruiken, dat mitzdien de Burgemeesters, Raden en de Vroedschappen der voorsz. Stede na rechte verbonden ende gehouden zijn, aan dezelfde te presteren het inhouden van het voorsz. Contract, ende hem zulks als een burger van Rotterdam binnen dezelfde hare stede laten genieten alle zulke protectie en mainctenement, als andere burgers ende inwoonders zijn genietende, ende voor zooveel de burgers van Rotterdam zijn ingezetenen van de Provincie van Holland, dezelfde ook te procureren zijne vrijheid door de voorsz. geheele Provincie alles voor zooveel enigszins in haar vermogen zal zijn, om hem alzo alle generale ende particuliere Privilegien, ende Rechten den burgers der voorsz. Stede competerende, achtervolgende de voorsz. Contracten, te doen genieten. Niet doende hier tegen de voorsz. sententie, de verklaringe by de voorsz. Rechters tegen voorsz. de Groot uijtgesproken ende gedaan, dewijl gepresupponeerd werd, dat de feijten waarop de voorsz. Sententie is gefundeert bestaan in het executeren van de last, en proponeren der resolutien van de voorsz. Stede enz. Rem felici eventu non caruisse testis nobis est Bijnkershoekius. Cf. *Oldenbarnevelds eer verdedigd* p. 291. Amst. 1773 et *Vollenhove Broeders gevangnisse* p. 69.



sed apud eos memoriae traditum fuisset. Matthaeus nobis auctor est (1), advocatum Gerardum van Wassenaer in carcerem ductum esse jussu magistratus Ultrajectini, quod, quum aliquis in concionibus et conciliabulis Remonstrantium Lectoris munere functus esset, atque datus carceri et in poenam pecuniariam condemnatus appellasset, ille libello appellationis subscripsisset, in quo hac in re magistratus potestatem in controversiam traheret. Hoc obtinuit Anno 1627, Anno autem 1644 ab eodem magistratu punitus est advocatus Jacobus van Dam, qui libello, in quo gravamina advocatorum exponerentur, subscripserat. Ne tamen inde efficiamus, advocatos in ea urbe parvi esse habitos, monendum mihi videtur, quod non a curia fuerit depressus Ordo; contra haec, at frustra, intercessit ne foro suo privarentur advocati. Magistratus vero urbis talia decrevit, qui neque timuit ipsum curiae Procuratorem Generalem plus semel in vincula conjicere, ut patet ex libro quem edidit A. Hoevenaer *Rechtmatige en Vrijmoedige Verdediging*. Duinkerken 1791 pag. 115, 116. (A° 1630. Subst. Proc. Gen. Ruysch A° 1638. Proc. Gen. de Weede et A° 1678. Proc. Gen. van Wesel et Subst. Proc. Gen. van Woudenberg.)

(1) Matthaei *De jure Gladii tractatus* p. 571 ad 578. Conf. quoque *Bellum Juridicum* p. 613, ubi tertium exem-

Universe sibi conscii erant advocati gravitatis muneris sui. Simon van Leeuwen, quum caussae capitalis patronus fuisset, quam plures defendi non posse putabant, ipse vero veneficii ream non puniendam esse ratus „Het sy soo, inquit, dat ik dese saak „heb willen verdedigen, ende het soo kwade ende „afschrikkelyke saak mogt wesen alsser kan be- „dagt werden, soo en soude ik daarin niet anders „gedaan hebben, als ik amptshalve schuldig ben. „Wat de beschuldiging van myn verdagt gevoelen „aangaat, kan ik heyliglyk verklaren, dat ik meer „uyt myn selven, als daartoe al te veel aangesocht „zynde, myn genegentheyt getoont heb die sake in „den grond op te halen ende nader te ondersouken, „ende niet ligtvaardig, maar wel omsigtig daarin „heb gehandelt.” Quum vero res praeter opinionem a iudice decisa sit, non conatur probare culpam esse iudicium quamvis ipse tam parum de sententiae, quam edidisset, veritate dubitaret, ut librum hac de re scripseret, sed probe affirmat, minimam circumstantiam, ut ajunt, variare rem, iudices omnes ita de caussa sensisse, neque cum festinatione rem peractam sed bene perpensam fuisse, addens proverbium notum, dat de Heeren wysen, dat moet men prysen. (1) Sane hoc non est advocati laudem

plum adest advocati Ultrajectini eandem ob caussam ibi reprehensi.

(1) *Proces Crimineel* p. 10 *Seqq. in praef.*

qualicumque modo quaerentis, sed boni ac modesti civis! Iniquitas longe ut a foro absit nullus est fere causarum patronus, qui non admoneat adhorteturque. Joannes Schrassert in consiliis: „Het „is te wenschen, inquit, dat alle advocaten wier „honorabile post en bedieninge daarvan behoorde „eene aversie te hebben, mogen considereren het- „geen Papinianus segt l. 15. D. de cond. inst. Nam „quae facta laedunt pietatem, existimationem, vere- „cundiam nostram et, ut generaliter dicam, contra „bonos mores fiunt, nec facere nos posse cre- „dendum est.” Ubivis invenies magno honore ha- „bitos eos fuisse non solum litigantium ministros, sed „defensores justitiae distributivae non minus necessa- „rios quam ipsos judices. Guilielmus Grotius »de „advocaten, inquit, zyn priesters der Rechtvaer- „dicheyt en moeten daerom geen voorstanders van „onrechtvaerdicheyt syn.” (1) *Advocati judicibus mi- „nime inferiores existimandi: „Niemant moet meenen „dat syn eer eenigsins verkort word, dat hy verkoren „heeft de nootsaekelyckheit van te moeten staan „ende verby heeft ghegaan het recht van sitten.”* (2)

(1) W. de Groot *Inleydinge tot de practyck van Hollant* p. 13 Seq.

(2) Grotius *ibidem: Memini me legere apud Berrijer Souvenirs* p. 48. »M. Delaverdy en réponse au premier président qui lui avait reproché de manquer à l'audience »au respect dû à une cour, qui avait bien voulu recevoir

Hugo frater ad filium scribit (1), se multa cum voluptate audivisse, eum frequens tribunal adire. Nullam esse meliorem viam sive ad gloriam adipiscendam, sive ad id, quod vitae humanae necessarium sit, conquirendum salva libertate, neque ita necesse ei fore ut penderet a favore aut timeret invidiam. Praesertim vero hic mihi verba citanda videntur, quibus usus est Simon van Middelgeest in caussa pro Petro Grotio verba faciens: „de Heer „Fiscaal heeft my in de inleiding van zyn pleidooi „eenen schrik en eene wonderlyke vervaardheid „willen op den hals jagen. Want daar zoude een „grooter onderscheid tusschen hem en ons arme „Advocaten zyn, als tusschen de hooge Overigheid „en de gemeene luiden. Goede hemel! Advocaten „legen den Heer Fiscaal gesteld, zyn minder als de „gemeene luiden tegen de hooge Overigheid! Slaat „uwe oogen neder Advocaten! — Maar waar of „by toch deze grandeur, deze hoogheid van daan „heeft ghaald? Uit het regt niet, want daar waren „zy maar annueel of biennaal en vielen daarna weder „in de orde der andere Advocaten. — En als ook „Merula, of iemand anders wie het zy, de Fiscalen „zoo hoog zoude mogen stellen boven de andere

»son fils sur ses bancs, dit: »Monsieur le premier Prési-  
dent, si mon fils eut été homme à se tenir debout, je  
ne l'aurais pas fait asseoir.»

(1) *Epist.* 1134.

„Advocaten, als de Eischer pretendeert alleen omdat  
 „zy kwanswys den last zouden dragen van het pu-  
 „blik en wy maar van het partikulier, zoo zoude  
 „men met goede reden die menschen kunnen wyzen  
 „naar den ezel van Lucianus. — Comment! un  
 „mauvais défendeur d'une bonne cause, qui la trahit  
 „parfois par son ignorance, son peu d'esprit et  
 „d'adresse, zal alleen om den naam van eene groote  
 „zaak, voor een braaf man, die kleine zaken wel  
 „maintineert en alles stelt in zyn rang en orde, voor-  
 „gesteld worden! Neen, neen, dat zy verre, en dat  
 „is maar een ingebeeelde waan. Ik vrees dan niet  
 „meer voor die Hooge Overigheid, maar ik ga voort  
 „de waarheid te spreken.” (1)

Bene Huberus quoque distinguit advocatum inter et procuratorem, quamvis in Frisia saepius, saltem in pagis conjuncta essent officia, dicens: advocatus rogatur a cliente, procurator jubetur a domino; advocatus jus caussae contendit, procurator omnia facere debet, currere, libellos supplices porrigere, alia, quae ipse dominus facere deberet; tandem officium advocati multo est nobilius quam procuratoris, postulatque doctrinam, tantamque scientiam, quae maximas caussas in foro judicibus possit explicare et illustrare, unde quoque *Nobilis* ne minimum quidem detrimentum nobilitati affert advocati

(1) *Pleydooi van M<sup>r</sup>. S. van Slingelandt voor Pieter de Groot* p. 79—82.

operam dans (1). „Estque haec notissima differ-  
 „rentia Advocatum inter et Procuratorem, quod hic  
 „mandato constituitur, Advocatus vero precibus adi-  
 „tur, ille dominum, hic clientem habere judicatur. In  
 „foris ubi munera Advocatorum et Procuratorum con-  
 „juncta sunt, velut in Frisia, dignitas patronorum  
 „et potestas procuratorum conjunctae censentur:  
 „cum hoc tamen discrimine fere, ut vilitas Pro-  
 „curatorum sit penes eos, qui in dicasteriis infe-  
 „rioribus curatores postulantes dicuntur: dignitas  
 „patronorum apud eos, qui in suprema curia jus  
 „postulandi adepti sunt, ad quod nemo nisi testi-  
 „monio, ut dictum, Academico instructus, admitti-  
 „tur.” Ulr. Huberi *Praelectionum* Pars II ad libr.  
 III Tit. 1. D. *de Postulando*.

Cum vero in animo habeam quaedam hac de re  
 in fine huius dissertationis monere, nunc missam  
 eam faciam, sed investigandum erit, quare nullum  
 remanserit vestigium eloquentiae praeter Simonis van  
 Middelgeest orationem pro Petro Grotio laesae maje-  
 statis reo habitam, ipso Guilielmo Tertio audiente (2)

---

(1) Huber *Ned. Regtsg.* IV 18 19. De fide, quae in  
 Frisia advocatis tribueretur vid. Ulr. Huberi *Praelectionum*  
 Pars III p. 1128. »Anna Lamberti conveniebat ex in-  
 »strumento ab Advocato quodam Snaecae conscripto, sine  
 »testibus, ut fert usus Frisiae. scilicet qui in medio foro,  
 »invita jurisprudentia invaluit.”

(2) Meijer, *Verhandelingen II<sup>e</sup> Bund. Eenige denkbeel-*

et quare, cum advocati Gallici toties celebrentur, nostri ante saeculum decimum octavum medium in Historia Literaria fere non memorentur.

Si vere conjicio, videntur mihi caussae sitae in methodo procedendi et in sermonis patrii rudiori statu.

Oculos igitur conjiciamus in methodum procedendi illius aevi. Quantopere haec abhorruerit ab

*den oer de welsprekendheid der Nederlandsche Pleitzaal.*  
 »Nederland telt slechts één uitgegeven stuk waarin niets  
 »anders te zien is, dan hoe de meest gunstige gelegenheid  
 »verzuimd, hoe enkele trekken van ware, van vurige wel-  
 »sprekendheid onder eenen vuilen hoop van wansmaak kun-  
 »nen worden bedolven." Haec vero sententia mihi nimi  
 dura videtur. Reputandum est, quo tempore dixerit van  
 Middelgeest, quam parum litterarum Belgicarum studium  
 fuerit excultum. Mascula virtute praeditus, nullius timore  
 affectus, luce clarius innocentiam clientis probat, ar-  
 gumenta adversarii in eum ipsum retorquens. Conf. ridi-  
 cula peroratio (*memorie in Rechten*) Anno 1753 ab ad-  
 vocato J. J. van Breugel in causa Canteri habita: »Dat  
 »de geboeyde en bedroefde T. van Canter ab Omen et  
 »Nomen habeat, als een vrijman bij verandering van Toon,  
 »in plaatse van een lamentabile of lacrimosa, een Allegro  
 »van Io triumphe tot lof van de Justitie vrolijk zingende  
 »zal mogen opheffen." Talibus se abstinuit van Middel-  
 geest saeculo ante. — Eodem tempore quo noster pro  
 Grotio causam dixit, edidit Lutetiae Parisiorum con. Patru  
*Plaidoyers et autres oeuvres* (1670) quibuscum comparari  
 haec nostra oratio ita potest, ut dubia sit victoria.

illo judiciorum ordine, quo Romani utebantur, quoque tantum in arte oratoria adepti sunt Jureconsulti gloriam, primum liquet e modo, quo causae apud Romanos orabantur. Omnibus scientiis et artibus praesertim vero juris doctrina instructum esse debere oratorem, recte monent Cicero et Quintilianus: eorum nempe eloquentiae tota causa mandata erat, nulla adhibita scriptura, inde pendebat victoria, vita, honor, fama civis, idque eo magis, cum Romanorum iudices fere, ut apud Anglos, Gallos aliosque populos recentiores, jurati dici possent et ita magis saepe misericordia vel odio quam justitia moverentur. In foro cum tota res ageretur, aderat magna corona civium qui sua praesentia oratorem adhortabantur.

In spatio ante tribunal praetoris erat advocatus plerumque cum scriba et jurisconsulto qui de causa responderat (1). Qui causam dicebat saepe interruptebatur plausu atque benevolentiae admirationisque signis: non raro quoque aderant tales homines, qui nummis vel coena corrupti indignos adeo oratores laudibus emtis in coelum tollere conarentur.

Eorum dux *ἡδύκοσος*, ipsi *laudicoeni* appellabantur (2). Liberae reipublicae tempore nullum erat

(1) Quinet, *Inst. Orat.* XI. 3. Cicero *Orator* 18, *Brunet* c. 43.

(2) Nos théâtres modernes ont aussi leurs claqueurs et



tempus constitutum, intra quod orare cogebantur; Cicero pro Cornelio Balbo (1) per quatuor sessiones causam dixit (2), sed huic rei modus dictus est Pompejo tertium consule, quo vetabatur accusator binas, defensor trinas horas excedere (3). Marcus Aurelius per decem horas causam fertur audivisse. Saepe in eadem caussa duo vel plures advocati adhibebantur, quorum alter, ut Quinctilianus ait, ad actiones vocabatur, alter ad probationem (4).

Actor et reus uterque testem interpellare poterat quae interpellatio saepe supra modum extendebatur. Sic Cicero in causa Sextii totam Vatinius vitam in re-

le nom de Romains, qu'on leur donne quelquefois, est une trace curieuse de leur origine. Grellet Dumazeau l. c. p. 52. *Recherches sur la plaidoirie chez les Romains. Revue de législation de Wolowski. Année 1849. I.*

(1) Plinius, *Ep.* I. 20.

(2) Idem obtinuit in defensione Petri Grotii.

(3) Cic. *de finibus* IV. 1. »Quum ego te hac nova lege »videam eodem die accusatori respondere et tribus horis »perorare.»

(4) Simile quid in causa Petri Grotii: alter enim defensor erat eximius jureconsultus M. de Hertoghe, neque hic mos plane obsolevit. Quinct. VI. 4. »At quidem litigatoribus suis illum modo ambitiosum declamandi sudorem praestitisse contenti, cum turba laudantium destituunt, subsellia pugnamque illam decretoriam (altercationem) imperitis ac saepe pullatae turbae relinquunt.» Conf. J. H. A. Escher *Dissertatio de testium ratione quae Romae Ciceronis aetate obtinuit.* Turici Anno 1842 Cap. VI et VII

prehensionem vocavit (1). Haec causae pars *altercatio* vocabatur et cum uterque semel tantum oratione continua verba facere posset, in ea, ut patet, facile occasio inveniri poterat refutandi adversarium. „Nam (hic) firmissima quoque memoriae „judicis inculcanda sunt, et praestandum quidquid in „actione promissimus, et refellenda mendacia: nusquam est denique, qui cogniscit, intentior (2).”

Ita gloriae campus oratoribus apertus fuit, donec Imperatorum invidia atque metus liberum adhuc dicendi morem ferre potuerunt.

Jam videamus quomodo res apud nos se habuerit. In civilibus re in judicium deducta, non ut hodie scriptura modo utebantur, ut in ea causa exponatur et fundamentum ponatur, cum advocatus dein totam rem viva voce adstruat et illustret, sed principalis erat scriptura, accedebat tantum oratio (3). Initio enim processus usque ad litis contestationem, advocato magnum onus incumbibat, ordinandae nempe actionis et in judicium bene proferendae, quae res scientiam quidem et exactam diligentiam requirit, gloriam eloquentiae non praebet.

(1) Cic. in *Vatinium*.

(2) Quinctil, *loc. cit.* Libr. VI. c. IV.

(3) Quomodo omnibus, quibus poterant, modis, Ordines Geriae extensionem orationis tollere conarentur vid. *Groot Gelders Placaetboek* III D. p. 542 seqq. *Reglement tot verkortinge der mondellinge Pleidoien*.

Hoc peracto, si sperabat advocatus fore ut sententia interlocutoria potiretur, coram duobus iudicibus delegatis hanc causam dicebat. Hoc primum orandi officium erat advocati, ut monet Grotius (1), „het pleyten heeft by ons meest „plaets in alle saecken, waarin off den Aenlegger „off den Verweerder verzoeken haer yet by pro- „visie toegewesen te werden.” Et statim tum addit „waer uyt een yegelyck licht kan afnemen „hoe verre de konst van welspreeckentheyt tot „het ampt van een Advocaet is behoorende.

„Ja selver in dese saeck bestaet de meeste lof „van een Advocaet dewyl de schriftuyren alleen- „lyck binnen de muiren van het Hof ghelesen „worden, ende dat de stemme van een die pleyt „van het volck gehoort werd.” Tum plura de eloquentia addit. — Sed quisque intelligit hanc rem non tanti fuisse momenti, quippe integra, praevia petitione rejecta, tota causa manet, cum unice quaestio versetur de periculo in mora. Attamen hoc Frisiae scriptoribus jam magnum quid fuisse videtur; dicit enim Huberus: in Hollandiae magis oratur (2) in Frisia scribitur. Quod igitur de Hollandia animadvertimus magis adhuc valet de Frisia (3).

(1) W. de Groot, *Inleydinge tot de practyck van Hollandant*, p. 8.

(2) Huberi *Censura forensis Pars. II. L. I. c. 7.*

(3) »Moribus Germaniae nostrisque receptum est, ut

Interdum quidem hisce peractis, res a iudicibus delegatis vel a curia sententia fiebatur, sed Grotius „doch dat, inquit, ghebeurt seer seldom: ten zy „in heel kleyne en lichte saecken, ofte in het re- „jecteren van een geproponeerde exeptie.” Re- jecta postulatione, ad reauditionem veniri poterat. Jam vero abhinc omnia scriptis tractabantur, saltem usque ad saeculum decimum medium septimum.

Tandem vero constitutum est, ut res quae in iure tantum consistere, et in quibus non opus esset tes- tibus, orari possent coram omnibus iudicibus, nisi his aliter visum fuerit, hinc et inde scriptis, quae inventarius ad iudicia pertinere demonstraret, com- municatis. Jam vero quis non videt caussae si excipiuntur, in quibus facta sunt probanda, testimo- nia sunt audienda, nil superesse, nisi frigidam ac jejunam de iure disputationem, quae quidem nun- quam est negligenda, sed cum curia jus nosse

---

»pleraeque disceptationes causarum, scriptis commutatis,  
 »dein seorsim a iudicibus examinatis, perficiantur, ex-  
 »ceptis minoribus causis, quas vocant *provisiones* et sum-  
 »mariis causis, quae verbis oretenus disceptantur: verum  
 »si id unquam ita observatum est, certe nunc abiit in  
 »desuetudinem, omniaque etiam summarissima scriptis  
 »comprehenduntur, nisi quod aliquando scribis ad ealamum  
 »dictatur: sed perorandi facultas penitus obsoleta est.” Ulr.  
 Huberi *Praelectionum* Tom. II Libr. ad III Tit. I D. *de*  
*postulando*.

intelligatur, arida fieri debeat atque languida: immo eloquentiam, ne dicam exsulare, certe non invocare controversiam de stillicidii parietumque jure. Quod attinet ad caussas criminales, sufficiat reputasse, quod in caussis quae extra ordinem agebantur (quod plerumque factum esse testis nobis est van Leeuwen, *Proces Crimineel* et imprimis *Meijerus* (1), dicens ex mille caussis unam tantum ordinarie actam esse) advocatus minime requireretur, vix admitteretur (2).

Tempore autem, quo vixit van Leeuwen non toties haec procedendi methodus adhibebatur, quoties *Meijerus* affirmat, ut patet ex libro citato *Proces Crimineel* p. 59, 103, 224, ubi docetur C. Fagelium optimum illius aetatis causae oratorem fuisse. Vid. quoque van Leeuwen *Censura Forensis* II L. II. c. 11. N<sup>o</sup>. 8 et 9.

„Cum super sola delinquentium confessione extraordinarie et de plano, ut fieri solet, jus dicatur, „Advocatorum patrocina moribus nostris removen- „tur. Sed si scultetus aliusve fisci procurator sive „accusator publicus praeter reorum confessionem et „aliis probationibus nititur, aut ipse et advocatorum „patrociniis causam agit, tunc invicem reis huius-

(1) *Instit. Judic.* Tom. IV p. 290.

(2) Quatenus vero in Frisia magis cura habebatur defensionis accusati vid. B. Voorda *De crimineele Ordonnantien*, etc. p. 16, 17.

„modi defensionis non denegantur, quia non debet  
 „licere actori, quod reo non permittitur. In Zelandia  
 „autem aliisque Belgii regionibus, reis, postquam  
 „proprio ore ad facta et crimina proposita respon-  
 „derint, advocatorum patrocinia nunquam dene-  
 „gantur.” (1).

Quovis vero modo caussa perageretur, sive scribe-  
 retur sivediceretur, in more non fuit, edere talem ora-  
 tionem in favorem rei. Imo quum anno 1801 causarum  
 patronus Amstelodamensis Henricus Calkoen id fa-  
 ceret, ipse se hac de re excusat et Deiman, qui  
 eum refutare conatur, vehementer eum reprehendit  
 atque *insolitum portentum* vocat hancce defensionis  
 vulgationem. Fortunae quodam casu una tantum  
 nobis servata est oratio, illa Simonis van Middel-  
 geest.

„Ik weet wel, dat van tijd tot tijd in druk ver-  
 „schenen memorien en schrifturen van deductie in  
 „belangrijke zaken, welke aan het destijds bestaande  
 „middel van revisie waren onderworpen, en ik zelf  
 „ben te meermalen in de verplichting geweest tot  
 „het laten drukken van dezen mijnen arbeid: maar  
 „ook die stukken, behalve dat ze niet voor een  
 „ieder verkrijgbaar waren, moesten uit de wijze,  
 „waarop dezelve volgens de practijk-orde dienden  
 „ingerigt te zijn, als wordende in artikelen ver-

(1) Groenewegen *de legg. abr. ad C. L I Tit. 55.*

„deeld, eene zoo onbehagelijke houding hebben en  
 „uit anderen hoofde zoo weinig belangstelling doen  
 „geboren worden, dat niemand, die de Regtsge-  
 „leerdheid niet dadelijk beoefende, of redenen van  
 „deelneming in de zaak zelve had, de lezing daar-  
 „van ondernam.” (1)

Scripta vero haec, *memorien in rechten dicta*,  
 adhuc quaedam nobis servata sunt. Quod ad ora-  
 tiones attinet, conferatur quoque scriptor anonymus  
*Proeve van onderzoek over het verschil tusschen*  
*den voormaligen en hedendaagschen vorm van pro-*  
*cederen, etc.* p. 23. „Soortgelijke pleidooijen be-  
 „hoorden dan onder die zoogenaamde *causes cé-*  
 „*lèbres*, die hoogsten een of tweemaal in het jaar  
 „plaats vonden, en die, zoo de verdediger het  
 „geluk had, om den triomf voor zijn cliënt te be-  
 „halen, genoegzaam waren, om zijne reputatie bij  
 „het luisterend publiek, waarmede de regtzaal dan  
 „gewoonlijk vervuld was, te vestigen. Gedenken  
 „wij aan de dagen, waarin de heeren Calkoen,  
 „Frans Moorrees, R. J. Schimmelpenninck, Jan  
 „Bondt en J. A. Cuperus, de toenmalige sieraden  
 „der Amsterdamsche balie uitmaakten.”

Accedebant patrii sermonis tum temporis a ju-  
 reconsultis tantum non omnibus neglecta studia.

---

(2) J. F. van der Meersch in *Praefatione editionis Plei-*  
*dooi van Simon van Middelgeest voor P. de Groot* p. 3.

Pleraque eorum juris opera Latino sermone tractabantur; scripta, ex quibus praesertim hauriebatur, Italica, Gallica et Germanica eadem lingua condita fuere, unde terminologia nullo modo exulta fuit, sed ea, quae patrio sermone in judiciis fieri debebant, exprimebantur verbis, quae, Latina neque Belgica dicenda, mixturam, ut ita dicam, efficiebant, quae veris eloquentiae incrementis obstabat (1).

Huius vero laudibus si confiteri debemus advocatos nostros universe non excelluisse, alius apertus iis erat campus, in quo summos honores ut acquirerent, ipsa reipublicae constitutio opportunitatem praebebat.

Scilicet, ut jam vidimus, regimen nostrum politicum ita erat ordinatum, ut quaeque fere urbs summam in se haberet potestatem, quae rursus non penes multitudinem sed penes paucos tantum optimates, aristocratiam, constituta esset. Subsellia iudicum, omne imperium tenens sibi unice haec potestatem in urbe vindicabat (2).

Ne autem magna doctrina atque auctoritas Ordinis Advocatorum huic rei obstaret, hi muneribus ornabantur, unde qui adversarius esse potuisset mox

(1) Vid. Mr. B. H. Lulofs, *Vlugtige woorden over Nederlandsche taalzuivering en taalverrijking, inzonderheid met opzigt tot de nieuwe wetboeken.* Gron. 1826.

(2) Cf. Mr. F. van der Feen *de Orde der Advocaten* p. 13 de interno reipublicae regimine et auctoritate inde advocatis concessa.



praesentis status reipublicae propugnator fieret (1). Raro enim eveniebat, ut advocatus celeberrimi in magistratum non assumerentur, quod quum non obtinuisse videmus, vel ipsi patrono magnam clientelam deserere nolenti est tribuendum, vel etiam religionis dissensui, quod ab aliis quoque animadversum legimus.

„Bijna overal werden de Remonstranten zoo veel „mogelijk uit de Regering gehouden, en welligt „is het aan deze omstandigheid toe te schrijven, „dat de meesten zich tot de praktijk bepaalden, „waarin velen groote beroemdheid hebben verwor- „ven. Voornamelijk in 's Gravenhage behoorden „de eerste advokaten tot de Remonstrantsche partij, „welke met regt trotsch mogt zijn op mannen als „Quiryen en Cornelis van Stryen, Cornelis Bosch, „Maarten Paats, Joost van Sorgen, Johan van An- „del, Jacob Hamel, Willem van Velde, Willem van

---

(1) Van Leeuwen *Proc. Crim.* dicit se rogatum esse verba in causa, quam ibi memorat, facere, sed se excusavit, quod particeps Lugduni Batavorum magistratus factus esset, ideoque non amplius soleret verba facere, consilia vero pergeret emittere, »omdat de gemeenschap »met deselve Heeren (Scabini) in andere saken niet en »soude schijnen, eenig aansien ofte gesag bij te brengen, »in het vereijste onzijdig oordeel.» Fuit pater eius procurator apud tribunal, nobilis vero Jureconsultus aristocratiae oculos non effugit, sed magistratus assumtus est.

„den Kerckhoven, Joost van Leeuwen en Gerrit  
„van der Does (1).”

Illustrissimi ita advocati tantum non semper syndici munere functi sunt. Amabant enim (2) principes urbium causam suam bene defendi, atque reprobationi imperitiae locum non esse. Nullum autem aptiorem invenire poterant, quam advocatum, qui exercitationibus ante tribunal facundiae atque scientiae operam navare didicisset. „Dans les  
„conseils d'état, dans nos conseils provinciaux et  
„municipaux on sentait de plus en plus le besoin  
„de posséder des hommes de loi: ils étaient toujours respectés au plus haut degré. Aussi nos  
„familles patriciennes continuaient-elles, d'après  
„une louable tradition, à faire obtenir des grades  
„à leurs fils, grades qui donnaient presque exclusivement accès aux fonctions publiques (3).”  
Quod hic de provinciis meridionalibus dicitur, prorsus ad nostras quoque applicari potest. Cf. quoque Gachard, *collection des documens inédits*, T. 3. p. 23: „Les conseillers-Pensionnaires étaient  
„l'âme des administrations municipales. C'étaient  
„eux, qui instruisaient les procès, qui rédigeaient

(1) Vollenhove, *Broeders Gevangnisse* p. 73.

(2) Vid. Omnino hac de re Cl. H. G. Tijdeman, *Drie voorlezingen over de voormalige Staatspartijen in de Nederlandsche republiek*, p. 94 seqq.

(3) Britz, *Mémoire sur l'ancien droit Belgique* p. 280.

„les protocoles des séances, les mémoires, re-  
 „présentations, lettres, réglemens et tous autres  
 „actes émanés du magistrat. Ces emplois se con-  
 „féraient ordinairement à des personnes qui, ou-  
 „tre la science du droit, possédaient des connais-  
 „sances administratives, et une rédaction facile (1).”  
 Ex urbibus autem deligebantur in Ordines Pro-  
 vinciarum vulgo consul, semper syndicus, qui ibi  
 verba facere debebat atque cuius prudentia ple-  
 rumque res administrabantur: ex his autem colle-  
 giis scimus Ordines Generales maximam partem  
 electos fuisse, qui res, quae totam rempublicam  
 spectabant, gubernarent. In his Advocatus Hol-  
 landiae maxime valebat, cuius multiplici experien-  
 tiae summa rerum fere confidebatur (2).

---

(1) Mr. J. Versfelt, *Redevoering over de staatsregerlijke instellingen van het voormalige Hertogdom Braband. Prov. Genootsch. van Noord-Braband*, 1847, p. 45.

(2) Multum similitudinis erat inter Hollandiae syndici et advocati munus. Ita describit P. Merula *de Statu Reip. Bataviae*: »hic apud civitates, pagos, collegia, privatosque omnes »incolas tum Hollandiae, tum aliarum regionum neutrarum »se gerit partium, nemini obligatus: curare quantum fieri »potest solitus, ut jura, privilegia et consuetudines Provin- »ciae, Ordinumque auctoritas illaesa serventur. Huius est »omnia Ordinum comitia prope observare usque stato tem- »pore, nisi morbus, aliave necessaria causa impediat, in- »teresse: Huius congregatis Ordinibus, prima comitorum »die, brevibus ea, de quibus agendum, cum viva voce, tum

Omnes igitur honores illis patebant et in republica (1) et in tribunalibus, certe in curiis, in quas Ordines primarios provinciae advocatos nominabant.

Imperium autem quod a curia in eos exercebatur, non ita erat durum, ut indgerent advocati peculiari illo consilio, quod tanti faciunt Galli, ad compescendos ipsos (Raad van toezigt en discipline) instituto (2). Leviter curia reprehendebat; sic Huberus

---

»ex scripto, commemorare: de singulis nobiles, civitatumque  
»delegatos sententiam rogare, quae praevaleant indicare, ut  
»quod facto opus, fiat.»

(1) Sijndici Hollandiae ut advocati essent non quidem in formulis totidem verbis praecipiebatur, sed necessaria sequela erat eorum, quae de eius officio constituta erant: *Instructie voor den Raadpensionnaris* 20 Maart 1641, Art. 2, 4, 6, *Instructie van* 2 Aug. 1658. Art. 3, 4, 12, *Instructie van* 25 Julij 1663, Art. 3, 4, 15, 20. »De groote  
»geschiedschrijver Hooft noemde zulk een ambtenaar, loon-  
»trekkend raadsman: deze benaming maakt den aard en de  
»strekking van dat ambt zoo duidelijk, dat het onnoodig is  
»daar verder over uit te weiden.» Ita P. Simons *Johan de Wit en zijn tijd* I D. p. 21. Amsterdam 1832.

(2) Advocati, qui curiae Gelriae adscripti erant, quodam tamen vinculo conjuncti erant. Occurrit enim conventus aliquis qui Anno 1739 postremum locum habuisse dicitur cui nomen collegii sancti Lucae. Sed fuit magis voluptatis atque amicitiae caussa institutus ut patet ex *artt.* 4, 5, 6, 7, 8, 15, 16 ex lege Societatis quae, apud *J. J. van Hasselt, Dissertationum Juridicarum* p. 143 seqq. invenitur. Animadvertendus caeterum: *art. I.* Ad Sodalitium hoc admittuntur Senatores, Advocatus fisci, Graphiarii, Camerae

testis nobis est, advocatum Frisiae (1) ob gravem injuriam consiliario illatam per tres tantum menses ab officio suspensum fuisse. Autocratia (2) quidem dominabatur, imperium vero ex regula adeo durum non fuit.

Mirum accidere possit, quod, cum ita quidem constet, non exiguum locum advocatorum Ordinem occupasse speciatim apud nos scriptum de eo non fuerit, quamvis in Gallia initio saeculi decimi septimi jam prodierit libellus *Pasquier ou Dialogue des avocats au Parlement de Paris par Loisel*, qui omnium oculos jampridem in hunc Ordinem flexit.

---

rationalis Auditor, Advocati et alii similis professionis, qui communi sodalium consensu videbuntur recipiendi." Sed praesertim aliquid mihi ad fraternitatem et disciplinam quam vocant Galli, servandam facere videntur. Art. 13. »Advocatus parti, qui priorem patronum insolutum deserit, patrocinium denegato, morae periculo excepto, quod praesidis et assessorum arbitrio relinquitur. Art. 14. Quam primum quis in album advocatorum recipi voluerit pariter in hoc collegio admitti, mediantibus solemnibus, rogato, Art. 10. Jus indicendi mulctam, et sodales ex causa dimittendi penes collegium, rogante praeside, jus esto." Privare officio, ut apud Gallos invenimus Lingueti exemplum, non poterant, notam tamen malae famae injicere haud contemnendam.

(1) Huber VI C. X. VII 12.

(2) »L'esprit de modération est ce qu'on appelle la vertu dans l'aristocratie." Montesquieu, *Esprit des Lois*, Liv. 5 C. 8.

Praeterea ibi moris fuit quotannis orationem haberi a decano, qui munere functus esset, quae magnifico sermone magna saepe cum eloquentia de re aliqua agebat, quae ad advocationem pertineret, et in qua illustriores jureconsulti extollerentur (1). Hoc nostratibus semper defuit: saeculi demum decimi noni initio caussae nobiliores publici juris factae sunt: saeculo decimo octavo ad finem properante primum memoria eximiorum ex Ordine virorum celebrata est.

---

(1) Jean Baptiste Dumesnil avocat du roi au parlement de Paris, entraîné dans la disgrâce de l'Hôpital, donna le premier de la solennité aux harangues prononcées à l'ouverture de chaque session. *Chronologie de l'histoire littéraire* p. 37 par M. Philarète Chasles, professeur au collège de France, Paris 1848.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

## CAPUT V.

### ADVOCATI SAECULI DECIMI OCTAVI CELEBERRIMI.

Quae vero hucusque diximus, num tam abhorrent ab iis, quae clarissimus Holtius de veteribus Romanorum Jureconsultis dixit (1)? Auctoritas haec erat, 1°. Jureconsulti Romani fuere juris conditores, quibus perinde ac legumlatoribus obtemperabatur, cum sententiae eorum legis vicem obtinerent, 2°. Imperatores eorum consilio ac prudentia utebantur.

Prius ex auctoritate in judiciis nostris, posterius

---

(1) Holtii *Responsio ad quaestionem: quaeenam fuere jura, auctoritas, dignitas Jureconsultorum Romanorum?* Amstelodami 1822, p. 52.



ex assumptione peritissimorum in gubernationem reipublicae parum absimile erit. Iisdem legibus de advocatorum juribus atque officiis servatis (1), saeculum decimum octavum non minus fertile fuit Jureconsultorum, imo, quod ad externam gloriam attinet, latior eloquentiae campus apertus est inde ab anno 1728, quo Ordines, ut caussae citius agerentur, decreverunt, minus esse scribendum, omnes causas esse orandas praeter eas, in quibus ageretur de pecunia mille florenos excedente et testes audiri deberent: hae enim pergerent scribi. In criminalibus autem scriptura quidem praecedebat, sed hac facta, coram curia causam orare debebant advocati in processu ordinario, quamquam scimus, fere semper extra ordinem actum esse. Coram curia ceteroquin in civilibus orabatur, quae mille florenos excedebant et in quibus testes non audiendi erant. Caeterae caussae coram duobus iudicibus delegatis, ut antea, orabantur (2). Quinam autem causarum patroni hac aetate excelluerint, jam erit videndum.

Missis prioris saeculi jureconsultis, quorum nomina tradidi, missis Ulrico atque Zacharia Hubero academiae atque Curiae Frisicae ornamentis, primus in

(1) Vid. *Tegenwoordige Staat van Friesland*, p. 163, IV D.

(2) J. van der Linden, *Judicieele practijk*, II<sup>e</sup> Deel, III<sup>e</sup> Boek, 1<sup>ste</sup> Hoofdstuk § 5.

censum venit Adrianus Bergsma, qui laudem disertissimi patroni meruit per decennium (1723—1733) intactam servatam postea multis honoribus, quae praesertim res Indicas ut et patrias communes spectarent, conspicuus; dein Georgius Hiddema, quem Cl. de Wal magni nominis causarum patronum vocat, qui coram Suprema Curia, centum causas uno eodemque tempore saepius defendit. „Neque illud quisquam „miretur, cum ante A. 1811 lites in Frisia, non „ore, sed scriptis disceptarentur. Solebat igitur „scribis suis causarum defensionem calamo dare, „qua in re mira facilitate utebatur. Etenim ab „aliquo forte interpellatus qui consilium rogabat, „vix ad officinam reversus, verba ante secessum „data, statim, sine ullo labore continuabat. Cau- „sarum injustarum defensionem non tantum in se „recipere recusabat, sed si quando talem ipsi man- „dare quis adoriebatur, cum nulla sexus vel con- „ditionis ratione habita, obducta fronte, statim, „unde venerat, redire jubebat (1).” Multis quo- que muneribus insignis, mortuus est anno 1758 (2). Plurimi quidem fuere in Frisia jureconsulti per omne hoc saeculum, sed tantopere inclaruerunt professorum muneribus, quorum tam fertilis fuit

(1) De Wal, *Oratione laudata* p. 330, 331.

(2) *Nederl. Jaarboeken*. T. XIII, p. 109.

regio, ut vix laudibus advocatorum locus supersit. Notandum tamen est, Bavium Voordam quoque causarum patroni functum esse officio feliciter, ut ipse narrat p. 16. Commentarii ad Philippi II Edictum. Hoc opus et humanitate et doctrina satis omnibus est notum, neque est praetereundum, quantum ut advocato libertas dicendi intacta servetur moneat, (p. 17). „En hoe kan het eene egale, „en onpartijdige rechtspleeging heeten, dat de „Graafelijkheids Officier, die zelve zo in het Recht „als in de manier van procedeeren kundig behoord „te zijn, mag te raade gaan met practizijns en „zulks niet bedektelijk en onder de hand, maar „opentlijk, zodanig dat het thans bijna een ampt „geworden is, Advocaat of Procureur van den Of- „ficier te zijn: en die lieden daar het te pas komt, „opentlijk in de vierschaar tot het doen van mon- „delinge plaidooyen, dictamens ter Rolle en dier- „gelijke, erkend worden: en dat daar en teegen „den armen gevangen, van wien die kunde niet „kan worden gevergfd, en die ze bijkans nooit be- „zit, buiten acces gehouden word niet slechts van „Practizijns, maar zelfs van raad en hulp van na- „bestaande, van goede vrienden, en van zulken, „die zich zijner zaak zouden willen aantrekken.” (p. 89). Quam strenuum assertorem libertatis publicae se praestiterit Bavius ille Voorda, Professor

Lugduno-Batavus, memorare non est huius loci (1). Neque omittendi videntur Petrus Brantsma, qui Anno 1780 Senator in curiam lectus est, ut et Simon Binckes, quorum uterque de jure Frisiae antiquo optime meruit.

Binckes etiam de novissimo, quippe qui edidit *Verklaaringe van de Statuten, Ordonnantien, Reglementen en Costumén van Rechten in Friesland*, et in antiquarum chartarum collectione multum praebeuit auxilii nobilissimo van Schwartzenberg. Stavriae in omnibus fere negotiis gravioribus eum consilium rogatum esse ab iis, quibus animus esset, actionem vel intendere vel repellere, testatur de Wal (2). Tandem occurrunt: Dominicus Balck, Leovardiensis, postea professor Leyden-  
sis celeberrimus: Elias Wigeri, qui anno 1752 statim post Academiam relictam, causas agere instituit apud Curiam Supremam Frisiae. Mox vero anno 1756 professoris juris Romani muneri vacare coepit. Anno 1772 munere Rectoris Magnifici functus, orationem

---

(1) Vid. Adres van Mr. Bavius Voorda, Hoogl. aan de Hoo-  
geschool te Leijden, aan de Staten van Holland, Zeeland en  
West-Friesland, betrekkelijk zijne remotie van voorschreven  
Post door de Curateuren over 's Lands Universiteyt te Leijden,  
en Burgemeesteren derzelver stad. Verzam. van plac. en res.  
van de Chalmot, X D. p. 119. 1789.

(2) De Wal, l. l. p. 306, in adn.

habuit: *de studio juris practico non sine insigni fructu in academiis colendo.* Paucis vero annis postea munere Procuratoris fisci generalis ornatus est, at titulum atque emolumenta professoris retinuit: haec tamen collegis reliquit, neque inde quidquam accipere voluit. Obrutus vero negotiorum mole diem supremum obiit Anno 1791 vir „multi „ac sagacis ingenii, egregii judicii, juris peritissimus, consiliis impertiendis paratissimus, civibus „suis pariter ac studiosae juventuti acceptissimus (1).”

Initio saeculi decimi octavi in Gelria insignes fuere advocati J. Coets, P. Eygel, H. Tulleken, B. Broekhuysen, E. Plegher, imprimis vero Joannes Schrassert: „cui certe Jurisprudentiam Gelricam „multum debere, nemo ibit inficias (2)” quique in praeclara commentatione ad Reformationem Velaviac, multa quoque de advocatis monet. Causidicus ut sit clarus et brevis, nullis fictis coloribus animum judicis pervertat, reverenter causam agat, praecipit: laudat jus consuetudinarium Velaviac (Art. 13, *Reformatie der Land-Rechten und Gebruycken van Veluwen und van Veluwen-Zoom.*) ex quo judex curet semper duos adesse advocatos,

(1) De Wal, l. l. p. 351, in adn.

(2) Ita J. J. van Hasselt in praef. *Dissertationis Juridicae de muliere praegnante mortua.* Amst. 1766, p. 12.

propter necessitatem huius officii; ille quoque observat, officium advocati multo celebrius esse atque nobilius munere Procuratorio (1). Dedit etiam, ut et J. Schomaker ac van Lamzweerde, consiliorum collectionem, ut jam monuimus. In collectione *Nieuw Nederlandsch Advijsboek*, occurrunt medio saeculo decimo octavo Arnhemiae advocati van Hasselt et Engelberts, Bomeliae Locks et Goris, Neomagi Rankes et Pick, Tielae van Altena,

Imprimis vero memorandi sunt Joannes Jacobus et Gerardus van Hasselt, quorum prior in curia Gelriae causarum patronus multa de jure criminali etiam militari (2) scripsit, posterior de eiusdem curiae origine inquisivit et universe de historia et antiquitate patriae egregie meruit, ut et Joannes in de Betouw Jureconsultus Neomagensis. Petrum Roscam an Gelrum dicam (3)? Hoc tamen scimus, eum per undeviginti annos forum Haganum frequentasse, unde professor Harderovicum vocatus, Anno 1774 ibi munus hocce auspicatus est, ex qua academia Anno 1787 professor Ultrajectum se

(1) l. l. p. 232, 233, 22, 23.

(2) Cf. Cons. H. Reiger, *Proeve over de zamenstelling en competentie der regtbanken voor de landmagt*. Groningen 1842, p. 6.

(3) Bouman, *Geschiedenis der Geldersche Hoogeschool*, Tom. II, p. 347.

contulit. Neque minus laudandus eius discipulus Joannes Albertus van der Spyk, qui in Gelria natus Hagam Comitum se contulit, ubi, inde ab Anno 1782 fori fuit decus, donec rebus politicis se immiscens, in *Conventum Nationalem* fuit lectus. Post vero Annum 1798 iterum caussis orandis operam dedit, probitate et doctrina insignis. Mortuus est Anno 1826 (1). C. A. van Euscut denique, postea professor Harderovici, Groningae et Ultrajecti, vir acerrimi ingenii, in Gelria causarum patroni munere se functum esse, ipse testatur in praefatione libelli, *De bevoegdheid der Markgenootschappen*. Gron. 1818, p. 4 (2).

Agmen in Zeelandia ducit Cornelius van Bynkershoek, Medioburgensis, qui ab Anno 1694 Hagae Comitum advocatus fuit usque ad annum 1703. De eius patrocinio iudicium fert Philipse: „quam „in Academiae umbra sibi comparaverat ingen- „tem doctrinae copiam, eandem in fori luce de- „promsit. Mox inclarescere coepit causarum pa- „trociniis (3). Judex Senatus Supremi factus, Anno

---

(1) *Levensberigt van Mr. J. A. van der Spijk*. *Algemeen Regtsgeleerd Magazijn* edit. a viro Cons. van Hamelsveld, Tom. I. p. 167.

(2) Bouman, l. l. II, p. 547.

(3) Jacobi Hermanni Philipse, *Oratio de Cornelio Bynkers-*

1724 Praeses electus est. Advocatus edidit *Librum Singularem ad Leg. Lecta 40 D. de reb. cred.* cum dissertatione *de pactis juris stricti obligationibus in continenti adjectis* et *Diatriben de auctore, auctoribusque Authenticarum*, quod opus ansam praebuit disputationi litterariae cum viro cl. Pagenstechero. Inter tot tantaque graviora studia ludendi causa quoque edidit Anno 1699, *Nieuwe Oprechte Haegsche Mercur*, in quo leporibus eximio opusculo Ecclesiasticos et Advocatos valde perstrinxit (1), hos praesertim de honorario e. g. p. 40, 41 ubi vero animadvertenda sunt verba: „maer 'k mag 't niet zeggen, om dat ik „van de Ordre ben,” et pag. 128: „Hier te lande „wordt het voor eene groote lacheteit gehouden, „als iemand de gantsch honorable Societeit der „Advocaten op die wys komt te declineren.” Ridendo verum dicens advocatis multa utilissima praecepit.

Senator scripsit *Observationum Jur. Rom. Libr. IV*, (Lugd. Bat. 1710) *Opuscula varii argumenti* (L. B. 1719). *De foro legatorum* (L. B. 1721). Litteras communicavit cum cl. Noodtio de jure *hoekio Jurisconsulto egregio*, publice habita Franequerae die 1 Oct. 1822.

(1) Vid. *Nieuwe Oprechte Haegsche Mercur Edit. Secunda*. Ultrajecti 1745, p. 5, 25, 39, 77.



occidendi et exponendi liberos apud veteres Romanos. Imprimis vero memorandi, *Quaestionum Juris Publici* Libri II (L. B. 1737) et *Juris Privati* Libri IV. (L. B. 1744). Jügler (1) hanc de eo sententiam affert: „De Bynkershoekio id tantum „ut semel dicam, quid sentiam addo: me illi nullum Jureconsultorum, ne ipsum quidem Cujacium „anteferre, tanta est in eo vis et potestas ingenii, „tanta virtus judicii, tanta in summa brevitate dictionis perspicuitas, ut nihil de eo tam magnificum me posse proferre credam, quin id excellentia eruditionis et tot novarum rerum doctrina „longissime superet.”

Vivo adhuc Bynkershoekio, *Quaestiones Juris Publici* in belgicum versae sunt sermonem a viro. cons. M. de Ruusscher (A. 1740). Aequalis huius fuit L. F. de Beaufort, qui studiis Franequerae et Ultrajecti peractis, anno 1695 doctor Juris creatus est. Praxi vero se parum immiscuit, sed Hagae studiis absolutis, se contulit in urbem Goesam. Syndicus urbis Slusae creatus, adscriptus postea collegio Archithalassico Zeelandiae, imprimis laudem meruit eximio opere de Jure Publico Universali et Vita Principis Guilielmi I conscribendis, quae

(2) J. F. Jüglers, *Beiträge zur juristische Biographie*, Leipzig, 1773, p. 26 seqq. Exstat quoque vita Bynkershoekii a *Vicatio* edita, editioni operum 1761 premissa.

tamen anonymus edidit (1). Praeterea occurrunt initio huius saeculi (Medioburgi) Z. Paspoort, Petrus Davelaar, J. v. Noiret, J. Danckaarts, J. M. de Crane, Petrus Bakker medio saeculo, J. de Timmerman (2) qui scripsit de Unione Hollandiam inter et Zeelandiam (Traj. ad Rhen. 1748). Joannes Moorman; „oraculum Zeelandiae” dictus (Axelae) (3) qui scripsit *Tractatum de Criminibus (verhandelinge over de misdaden en derselver straffen)* quem postea adnotatione illustratum edidit J. J. van Hasselt: Guil. Otto Reitz, qui editionem *Theophili Paraphraseos Institutionum* curavit; Carolus Conradus Reitz optime de Jure Cambiali meritus, vertendo notis instructum celeberrimum Heineccii opus, *Principia juris cambialis*, postea Graphiarius curiae Flandricae: Guilielmus Schorer, qui deinde Praeses huius Curiae adnotatione latina opus Hugonis Grotii, *Inleyding tot de Hollandsche Rechtsgeleerdheid*, illustravit, decennio post naevos jurisprudentiae tum vigentis notavit et perstrinxit, imprimis vero

(1) Vid. vita ab ipso conscripta apud P. Scheltema, *Oud en Nieuw*. Amst 1844 p. 14.

(2) *Vervolg op de Hollandsche Consultatien door voornamen zoo Hollandsche als Zeeuwsche Regtsgeleerden*. Amst. 1782.

(3) *Voorrede van Mr. Pieter Boddaert, voor 's Mans nagelatene gedichten*. Middelburg 1745.

methodum procedendi libello venustissimo. Notanda tamen est praefatio, in qua veras huius scribendi libelli causas exponit, atque summis laudibus Noordkerkium, quique huic similes essent, advocatos extulit (1). Ne silentio praeterrittam Antonium Guilielmum Philipse, qui duce celeberrimo van der Keessel studiorum in academia Lugduno-Batava peractorum atque in vita practica laudibus debuit, ut multis muneribus ornatus tandem Praeses Senatus Supremi, qui Hagae sedet, mortuus sit (2).

In Brabantia Septentrionali florere, ineunte hocce saeculo, L. Monden, J. v. Bergen, A. Molemaker, Q. Crollius, D. Bruyninx, G. van Breugel, C. van Boxtel, medio saeculo Joannes Cornelius Santvoort, qui edidit *Woordenboek betrekkelijk de rekeningen van de Steden, Vrijheden en Dorpen in de vier Quartieren van de Meijerije van 's Hertogenbosch* (1741), et C. M. Juijn. Cornelium Lambertum Ackersdyck, causarum patronum disertissimum celeberrimum, Leonardum

(1) *Verloog over de ongerijmdheid der Hedendaagsche Regtsgeleerdheid en praktijk door Mr. Willem Schorer*, Middelburg 1707.

(2) *Hand. der Jaarl. Vergad. van de Maatschappij der Ned. Letterk. te Leiden*, 1845, p. 25.

(3) *Nieuw Nederl. Advysboek passim.*

Franken integerrimum patronum vocat W. C. Ackersdyck in dissertatione *de utilitate et auctoritate poëseos et poëtarum in jurisprudentia*. Traj. ad Rhen. 1779, cuius et pater et ipse et advocati et aliis muneribus inclaruerunt. Antonius Martini, Syndicus Silva-Ducensis, adnotationem scripsit ad Wagenarii Historiam Patriae, et cuius praeter alia scripta Juridico-Politica editi sunt libelli supplices de deprecando, saltem temperando, hospitio militari, quo Silva-Ducenses imprimis premebantur (1). Saeculo exeunte floruit quoque Boudewinus Donker-Curtius in foro Silva-Ducensi, qui et juris studiis et leporibus, quippe auctor libelli *Het legaat van Gillis Blasius Stern* inclytus, tandem Praeses electus est Curiae Supremae, quae Hagae Comitum fuit (2).

In provincia Ultrajectina Guilielmus van der Muelen, qui clarus scriptis de jure Naturali et Gentium, ut et adnotatione in formam Curiae sive stylum procedendi, postea curiae senator; J. van Schagen curiae Procurator Generalis (3), J. van

(1) *Request aan hunne Hoog Mogenden mitsgaders eene memorie adstructief*, 's Hertogenbosch, 1786 folio.

(2) *Gemengde Schriften betrekk. de Vaderl. Regtsg.* van Mr. M. C. van Hall, Amst. 1849, p. 135.

(3) Vid. Van de Water in serie Senatorum atque Procuratorum Generalium Tom. II, p. 1058 et passim.

Cleef, Aelbert de Greve initio huius saeculi, paullo post J. Munniks, P. L. van Westrenen, saepius consulebantur (1). Praesertim merita Joannis van de Water, hic non in memoriam vocare, nefas esset, qui tantopere meruit de jure huius provinciae veteri ac recenti, edendo: Groot Placaatboek van alle placaten der edele mogende Heeren Staten 's Lands van Utrecht, insignis universi juris civilis peritia, postea Graphiarius Curiae Ultrajectinae. Inde ab anno 1745 advocatus fuit Valentinus Joannes Blondeel, qui dedit *Beschrijving der Stad Utrecht*. (A<sup>o</sup>. 1757) cuiusque laudes Procuratoris Generalis munere functi celebravit idoneus harum rerum iudex Henricus Calkoen (2), P. J. de Bije diuturno fori usu exercitatus, variis deinde muneribus politicis ornatus., adscriptus Consilio status, atque tribunali Cassationis sub dominatione Gallica.

In Transisalaniam J. van Muyden, A. van Muyden, J. van Munts, A. de Reyger initio huius saeculi occurrunt, quos „celeberrimos apud Transisalanos „Jureconsultos,” vocat J. J. van Hasselt (3). Medio et exeunte saeculo, Strubberg editor Collec-

(1) *Nieuw Nederlandsch Advysboek passim.*

(2) *Twee gevangenen verdedigd tegen de aanklagte van Mr. R. W. Tadama.*

(3) *Dissert. Jur. de muliere praegnante mortua in titulo.*  
Amst. 1766

tionis *Consiliorum*. Janus Guilielmus Racer, qui insignis editione operis *Overijsselsche gedenkstukken*, senex A°. 1816 scripsit *Verhandeling over het Regt der Kotters in de Marken van Overijssel* in cuius praefatione occurrunt haec verba: „hiermede „neem ik na eene zeven en vijftigjarige oefening „der gerigts praktijk en tachtigjarigen leeftijd, af- „scheid.” Joannes Guilielmus Knoop, qui in quaestionibus de jure suffragiorum in hac provincia sub finem saeculi ortis, a parte Ordinis Equestris stetit. Alii hac in re sententiae favit Jureconsultus Gerardus Dumbar, urbi Daventriae ab actis, qui libertatis publicae, legibus rite temperatae, strenuus fuit propugnator (1).

Magnis applausibus defensa dissertatione statim popularibus gratus, diu primum in foro Amstelodamensi ab Anno 1784 obtinuit locum Transisalanus (2) R. J. Schimmelpenninck. Brevi talem sibi adeptus est famam, ut fere nulla majoris momenti causa sine eius auxilio ad finem perducta fuerit, cum eloquentia litterarum studio atque urbanitate, ut et juris scientia praecae caeteris emineret. De magnis in republica honoribus, quibus

(1) *Letter- en Geschiedkundige Mengelingen*, collecta a viro clariss. H. W. Tydeman, Bomeliae 1836 p. 7.

(2) Rutgeri Jani Schimmelpenninck, Daventria Transisalani *Dissertatio de imperio populari rite temperato*. Lug. Bat. 1784.

postea ornatus fuit, hic agere vetat tempus; qui plura de hoc insigni viro scire velit, adeat vitam a filio eius conscriptam (1).

Forum Groningantum vidit Paulum Laman, scriptorem libri *Aanleiding tot de eerste beginselen der Groningsche Regtkennis* (Grön. 1738). Advocatus frequenter consultatus fuit Carolus Christianus Paehlig, cuius domum aedibus Quinti Mucii equiparat Gratama (2), frequentia civium visitata. Professor fuit postea Groninganus.

Henricus Ludolphus Wichers, qui anno 1770 doctor juris receptus, primum advocacioni operam dedit. Anno 1774 edidit *Lex hominum communis secundum mentem Hugonis Grotii*, ex quo tempore muneribus politicis vacavit intermisso spatio ab Anno 1795 usque ad Annum 1802. Status interni collegio adscripto, dein praefecto provinciae Groninganae, tandem a consiliis Regis Guilielmi I, Anno 1820 otium roganti datum est honorificum. Praesertim scriptoris doctissimi laudem sibi vindicavit edendo librum *Verklaring van het tractaat*

(1) Rutger Jan Schimmelpenninck *en eenige gebeurtenissen van zijnen tijd, beschreven door zijnen zoon G. Graaf Schimmelpenninck*, I. D. p. 24—32, de eius patrocinio agitur. Primus fuit qui orationem non scriptis mandaverit, sed ex memoria causam dixerit, quo casu huc perductus vid. I. I.

(2) Seerprii Gratama programma I et II, Groningae 1806.

*van reductie*, quo totam patriae regiminis formam perscrutatur Anno 1840, nonagesimum quartum annum agens obiit (1). Neque omittendus per omne vitae tempus in foro versatus, T. Haakma Tresling, qui scriptis de jure civili inclaruit et edidit *verhandeling over het regt van beklemming*, de quo jure quoque scripserunt Albertus Petrus Driessen et A. S. van Swinderen.

Inter Jureconsultos Groninganos referendus est Henricus Janus Arntzenius, qui scripsit specimen *de origine et progressu juris Civilis Belgici*, (Groningen 1787), et bene meruit imprimis de jure consuetudinario excolendo. Scilicet in hac regione huic praesertim juri opera dabatur neglecto magis Juris Romani studio, unde evenit ut fama virorum, qui ibi Juris scientia inclaruerunt, non ita ad nos pervenerit, quam e. g. Frisicorum, qui veteri totius orbis juri incubuerunt. Minus vero adhuc quam in Groninga, Drenthana regio fertilis Jureconsultorum esse potuit, ubi deerat vel tribunal perpetuum et advocatis magis homines agrestes consulendi, quam in foro causas agendi, munus erat impositum (2). Occurrunt tamen J. Tonkens

(1) *Handelingen der jaarlijksche vergad. van de maatsch. der Nederl. letterk.* 1840.

(2) Conf. *Tegenwoordige Staat van Drenthe*, p. 34, 47 seqq. 200. Amst. 1795.



et J. H. P. van Lier, quorum uterque de historia patriae meruit, tandem Petrus Hofstede per longam annorum seriem illius regionis Praeses.

Inter clarissimos autem posterioris temporis advocatos Hollandicos occurrunt H. Noordkerk, N. Bondt, J. Barels, J. S. Amalry, J. Gallé, J. van der Linden, A. J. Cuperus, H. B. Luyken, J. Bondt, F. H. Calkoen, F. H. Moorrees, J. L. Farjon, Walraven, W. Sinderam, J. D. Meyer, Deiman aliique. In singulorum merita si inquirere vellem, finem operis vix invenirem: perpauca tantum monebo.

Quo ad eloquentiam atque juris doctrinam primarium locum obtinet Noordkerk: quem summis laudibus celebrat van Hall, dolens vero non nisi orationum eius fragmenta superesse (1). Jure autem eum dolere non negabimus legentes pulchra illa verba, quibus propugnat libertatem sacrorum cuique servandam. Docet nullum magis delinquere quam eum, qui in aliorum animos dominari cupiat, Deo non opus esse nostro auxilio, religionem ex verbo divino non ex legibus civitatis esse hauriendam, ipsos Ordines apud alios populos hanc libertatem propugnasse, tandem (non possum quin

(1) M. C. van Hall, Mr. *H. Noordkerk beschouwd als Nederduitsch redenaar en letterkundige. Regtsgeleerde verhandelingen*, p. 247.

verba illa afferam) „op deze grafelijke kussens heb-  
 „ben voormaals de zoodanigen gezeten, die onze  
 „voorvaderen ten vure doemden om datgene, wat  
 „nu Regtzinnig is. — Weinige schreden van hier  
 „is de plaats, waar deze vonnissen over hen werden  
 „uitgevoerd. — Ook dit geschiedde om Gode te  
 „dienen maar de Almagt behoeft geene hulp van  
 „stervelingen, tot handhaving zijner eere. — Voor  
 „de eerste maal mijns levens sprak ik over eene  
 „zaak als deze: mogt het de laatste zijn! Dat  
 „de eisch, ter vernietiging van het vonnis, mij dan  
 „ook worde toegestaan! Zoo niet, ik zal mij troos-  
 „ten met de gedachte, dat, wanneer eens, bij om-  
 „mekeering van zaken, (waarvoor de Hemel ons  
 „behoede!) onze nakomelingen, op onze graven  
 „staande, zullen vervloeken degenen, die het aller-  
 „eerst den dwang des gewetens hier weder heb-  
 „ben ingevoerd, mijn naam integendeel zal mogen  
 „vermeld worden onder degenen, die er zich met  
 „ijver tegen kantten, toen de vrijheid bij open-  
 „bare Sententie ten Lande werd uitgebannen (1).”

Non solum vero latior est campus eloquentiae,  
 quam quod cum intrare ausim, sed ita luculenter  
 Noordkerkii merita exposita sunt in oratione citata,  
 ut aliquid ad eius laudes conferre non possim.

(1) l. l. p. 266.

Memoria tamen est tenendum eum non solum hanc ob causam esse celebratum, sed praesertim ob probitatem magnam atque integritatem. Nunquam lucri faciendi gratia aliquid suscepit, imo semper quantum potuit, dissuasit actionem intendere ita ut de eo dici potuerit: „dat onze brave Regtsgeleerde meer zaken uit de Pleitzaal gehouden, dan „er in gebragt heeft (1).” Saepe consulebatur propter magnum acumen et insignem doctrinae copiam. Natus anno 1702, diem supremum obiit anno 1771.

Non minus vero laudis in eloquentia reportavisse T. J. Gallé virum disertissimum, monet van der Linden dicens: „gedurende al den tijd, dat ik „de regtbanken heb bijgewoond, herinner ik mij „niet iemand gezien of gekend te hebben, die in „de kunst van overtuiging te geven naauwlijks zijns „gelijken had, dan mijnen reeds overleden leermeester en vriend François Jacob Gallé, in zijn „leven Advocaat voor beide de hoven van Justitie „in Holland (2).”

---

(1) Wagenaar, *Schets van het leeven, den aart en het gedrag van den Heere Mr. Hermannus Noordkerk, Advocaat te Amsterdam*. Exstat quoque elogium Francica lingua editum.

(2) J. van der Linden, *Redevoering over hetgeen de on-*

Ultrajecti defensa dissertatione de Unione Ultrajectina, qua tanquam introductione ad commentarium, quo ipse legem illam publicam illustravit, postea usus est celebrer huius foederis interpres Petrus Paulus, medio saeculo octavo decimo Nicolaus Bondt se Amstelodamum contulit, atque ibi mox aunicitiam Noordkerkii adeptus est. Eius exemplum in causis orandis et consiliis ferendis secutus, in eius quoque in foro locum gloriae aemulus paucis annis post successit, atque se non indignum praestitit, qui post tantum oratorem verba coram iudice faceret. Saepe consulebatur in causis, quae ipsam urbem spectarent; cum aliis Jureconsultis auctor fuit edicti: *Ordonnantiën voor de Desolate Boedelkamer te Amsterdam* (1). Quantum autem doctrinae fama apud mercatores valeret, patet ex collectione, quae Anno 1793 Amstelodami prodiit, *verzameling van casuspositiën, voorstellingen en declaratiën*, in qua omnia fere responsa ab eo sunt data conjunctim cum Jano Bondt tanto patre digno filio, Luijken, Tarjon, R. J. Schimmelpenninck, van Castrop, M. C. van Hall, aliisque. Subscribebant iis mercatores no-

*dervinding van eene halve eeuw mij geleerd heeft, dat een advokaat behoort in acht te nemen of te vermijden*, p. 31.

(1) M. C. van Hall, *Mr. Jan Bondt en diens vader Mr. Nicolaus Bondt, herinnerd.*

tissimi et ex mente editoris anonymi locum tenebant juris non scripti. Bondt vero, qui bene nosset, qualis esset varietas causarum, quas quotidie offert mercatura, hanc editionem ipse non probavit; neque eam attulisse magnam utilitatem, testatur van Hall (1). Sufficiat animadverti, eum semper simel cum Noordkerkio fuisse celebratum, eique parem habitum. Viginti quinque annis post eum mortuus est (2).

Elias Luzac (natus 1723 mortuus 1796) libertatis preli vindex, bibliopola, idemque causarum patronus Leydensis, multam sibi laudem paravit scribendo opus celeberrimum *Hollands Rijkdom*, ut et *Openhartige brieven van Reinier Vrijaart*, et interpretatione Francica Christiani Wolffii, Germanici philosophi, *Institutionum Juris Naturae ac Gentium*. Ab eius ore pendebat Henr. Const. Cras, qui in studio juris philosopho multum ei debuit (3).

(1) M. C. van Hall, *Mr. Jan Bondt en diens vader Mr. Nicolaus Bondt, herinnerd*

(2) Eod. p. 13. Cf. Nieuwland, *Verslag wegens Mr. Nicolaus Bondt in den algemeenen Konst en Letterbode*, Deel VIII, p. 202, 1792.

(3) Kemper in oratione funebri de viro cl. Cras hoc de Luzacio fert judicium: »Zijne aantekeningen op Montesquieu's »*Esprit des Lois* en Wolffs *Institutions du droit de la Nature et des Gens* zullen gelezen worden, zoolang men waarlijk wijsgeerige regts- en historie-kennis zal op prijs stellen,»

Nec practereundus est Joannes Luzac, cuius oratio cum professoris munus auspicaretur Anno 1785 *De eruditione altrice virtutis civilis, praesertim in civitate libera* animi magnitudinem rebus gestis postea confirmatam atque doctrinam acque probat. Sed quid plura de illustri viro, cui amicitia intercessit cum libertatis in America propugnatoribus, imo cum ipso Washingtono (1)?

Ante vero quam progrediar mentionem facere volo scriptorum quorundam, quae de rebus criminalibus hoc tempore edita sunt.

Consultissimus J. S. Amalry, cripit: *Beschouwinge der Crimineele Zaken* (Amsterdam 1777). Ex primo capite jam satis patet, eum Beccariam imprimis esse secutum ut et Rossavium (2): pro-

p. 11. Ephemeridum Leydensium per totum terrarum orbem fuit celebratus scriptor uterque Luzac.

(1) Vid. Oratio de Socrate Cive, in belgium ab ipso versa sermonem, *Joanni Adams* inscripta.

(2) »Vandaar de wijsgeerige strekking bij de behandeling »der Criminele Zaken, die zich van omstrecks het midden »dier eeuw dagteekent, waarvan het gevolg was, dat men zich »althans alhier niet meer uitsluitend bepaalde tot een koud »onderzoek der daden en misdrijven, maar ook derzelve moraliteit en die des bedrijvers onderzocht en in de weegschaal »legde, en alzoo in elke Regtszaal, naast het beeld der Ge»regtigheid, dat der Menschelijkheid, als hare Geleidsvrouwe, »geplaatst werd." *Geschiedkundige aant. betrekkelijk de*

cessum inquisitorium vehementer impugnat, ut et poenas arbitrarias, nec minus compositiones, quas revera habendas esse turpem impunitatem criminum, ostendit. Advocatum fisci, scultetos, potestatem apprehensionis habere, ideo non probat, quod: „praetores hodiernos in nonnullis etiam locis „esse collegii judicum quasi directores, in aperto „est (1).” Plura addit, quae justitiae Criminalis administrationem spectant, sed ea praesertim animadverti volo, quae habet de defensione accusatis concedenda. Vehementer dolet causas Criminales paene omnes extra ordinem agi, in quo processu nullus defensionis locus sit. Quaerit quare in causis, ubi de vita et honore civis agitur, legem tyranni Philippi II. sequantur, cum in civilibus adhibeant omnes cautelas ne nummos quosdam indefensos relinquat debitor? Quare homines timeant, ne scilicet advocatus facinoris perpetratores manibus justitiae eripiat, de eo, utrum insons damnetur, minime solliciti. Postulat ut advocatus cuique accusato adjungatur allegans verba: „J'ai entendu dire „à un juge aussi éclairé qu'équitable, qu'il n'était „jamais aussi sûr de ses avis, que lorsque la cause

---

*lijfstraff. Regtsoef. te Amsterdam in de 16<sup>e</sup> eeuw. door Jacobus Koning, p. 11 in praef.*

(1) Voetius ad tit. Dig. de off. Praet.

„avait été plaidée par les meilleurs avocats (1).”  
 Ne ita quoque fiat: „ut facile sibi persuasum ha-  
 „beant homines, quod in istis processibus scopus  
 „non sit, ut veritas detegatur, sed ut vincat fis-  
 „cus (2).” Tandem ab avvocato fisci appellari posse  
 non ab condemnato, iniquum existimat et prae-  
 sertim invehitur in torturam (3). Ex dictis satis  
 apparebit nostros Jureconsultos neque humanitate  
 neque juris philosophi studio postponendos esse  
 aliarum regionum doctoribus.

Aliam sententiam eamque duriozem propugnat  
 J. Barelz, in praefatione collectionis *Crimineele  
 Advyzen* (Amst. 1778), qui reprehendit in advo-  
 catis, eos saepius prae justo misericordia abduci  
 atque poenam capitalem contra Beccariam defen-  
 dere conatus est.

Contra vero optime meruit de jure criminali cons.  
 H. Calkoen (4), qui scripsit de antevvertendis et

(1) G. in *de l'Eloquence du Barreau* pag. (illi) 32.

(2) El. Lazac, in *dissertatione de modo extra ordinem  
 procedendi in caussis criminalibus*.

(3) »Antwoord mij! Zoudt gij iemand condemnereen tot  
 »betaaling van eene somme gelds, die hij door pijn bekend  
 »zoude hebben schuldig te zijn? Immers neen! en gij von-  
 »nist hem ter dood op zulk eene bekentenis! (p. 96).

(4) De Henrico Calkoenio, Vid. *Biblioth. Critica*, Vol. III,  
 Pars III, p. 23: »quam magno fori usu patrociniū caussa-



puniendis maleficiis pulchre, docte atque diserte. Sed in hac mea inquisitione imprimis eius memorandum videtur libellus, editus Amstelodami Anno 1801 (1). Ut jam animadvertimus, contra mores receptos fuit edere talem defensionem (2). Quod

»rum tueretur, omnium consensu laudem non modo prudentiae et fidei, sed et beneficentiae et liberalitatis adeptus est. »Ipse quoque civilibus mersus undis, maluit sua constantia »manus amittere quam inconstantiae opinione suscipienda retinere — justissimus unus, qui fuit in Teucris, et servantissimus acqui. Dis aliter visum!" Ita de eo Wyttenbachius.

(1) *Twee gevangenen tegen de aanklagt van Mr. R. W. Tadama verdeedigd door Mr. H. Calkoen.*

(2) E causis celebrioribus cum criminalibus, tum civilibus quae hac aetate post latam sententiam editae sunt, mihi innotuerunt: Causa J. Haselkamp, Peculatus in India, Anni 1780: *advocati* F. J. Gallé, A. van Twist, ab altera parte M. J. Brouwer et P. F. van Hamel.

Causa Siere de Boo, furtum equi ex prato Anni 1760: *advocati* M. H. de Vries et F. J. Gallé, contra Thierry de Bye.

Heredes M. P. W. Pasquier de Chavonnes C<sup>a</sup>. J. J. Hartsinck. Anni 1770: *advocati* S. A. Westerhoff, contra P. F. van Hamel.

Senatus Medioburgensis contra Mr. J. W. Parker officiiis ex utum. Anni 1778, *Adv.* de Bye, van Hamel, Baelde, contra de Roy, Gallé, P. Damen.

S. Hoogboom C<sup>a</sup>. Wevering c. s. causa hereditaria Anni 1733 *Adv.* J. Stael et A. van Ruster.

A. Rutgers C<sup>a</sup>. Bocle, causa hereditaria Anni 1779, *Adv.*

affirmat J. D. Meyer in consiliis juris editis Anno 1842 ab eius fratre A. D. Meyer p. 18 et 19,

W. Rooseboom, van Tangerang, Contra T. Ellinckhuysen et A. van Ruster.

M. Bruining C<sup>a</sup>. A. M. Beens causa hereditaria Anni 1768, Adv. J. Brouwer et F. J. Gallé, contra J. A. Westerhoff.

Quaestio an Canterus Bataviam Indorum transferri posset ut ibi judicaretur de peculatu, quod negatur, *Advocatus* eius fuit J. J. van Brengel. Anni 1753.

Quaestio hereditaria A. Steengracht, contra J. J. Brassier, Adv. Thierry de Bye et F. J. Gallé contra P. Bosveld et J. H. Mollerus. Anni 1775.

Causa homicidii cuius accusatus fuit P. C. Timmerman, Anno 1725, quem defenderunt Adv. Zeger Thierens et R. B. Hoynek van Papendrecht.

Causa peculatus contra A. Caan instructa, quem 6733 articulis defendit *advocatus* van Meenen.

Quaestio hereditaria Schotani contra P. Latane, in qua victores fuere *advocati* J. V. Benker et Bavius Voorda contra adv. C. de Blau et G. Siderium.

Causa J. Heeren C<sup>a</sup>. C. Hanswijk Anni 1762 *advocati* P. Roscam et F. J. Gallé, contra J. J. de Roy, C. P. Hoynek van Papendrecht.

Memorie van Rechten van Corn. van der Hoeven en Jan Eykenbroek, qui accusabantur viros 22 Jan. 1798 imperio potitos 12 Junii eiusdem anni eodem destituto, comparatione facta iterum ad potestatem efferre conatos, esse, conscripta ab *advocato* P. Belaerts van Blokland, 1799. Verdediging van Dirk van Hogendorp, »door den braven en kundigen advocaat» Pieter Damen, 1801.

sed moverunt nostrum aliae rationes, quas indagare nostra non refert.

In eo autem scripto ostendit, quam parum ab accusatore publico ratio habita esset omnium, quae forma requireret, sanctitatem domûs arbitrariâ et intempestivâ perscrutatione esse violatam: extra ordinem contra reos actum esse, cum caussae indoles postularet ut ordinarie ageretur; non constitisse de corpore delicti; indicia tantum adesse, quae, sibi saltem, neque sufficere, neque satis firma atque secum invicem cohaerentia viderentur. Omnino dignum est hoc opusculum quod legatur, ut et contrarium de eadem causa a cons. A. J. Deiman editum qui (1) agendi rationem quam secutus erat accusator publicus, legi consentaneam dixit.

Grotii ac Bynkershoekii vestigiis insistentes de Jure Gentium eadem aetate optime meruerunt causarum patronus Amstelodamensis A. Ploos van Amstel, qui scripsit *de Jure Commercii quod gentibus in bello mediis competit*, A°. 1759 Lugduni Batavorum (2) et advocatus Haganus Lambertus Julius Vitringa, qui dedit *Gedachten over de belangen en plichten der onzijdige Mogendheden*

(1) *De zaak van beleedigde gerechtigheid* etc. door Mr. A. J. Deiman practiseerend advocaat te Amsterdam.

(2) A. Ploos van Amstel, *over het Regt van Commercie van onzijdige Mogendheden*. Amst. 1760.

*en hunne onderdanen bijzonder van dezen Staat, bij gelegenheid der jegenwoordige Noord-Amerikaansche onlusten*, 's Hage 1778, quique postea in Curia Militari senator fuit.

Sed revertamur ad claros huius temporis advocatos. Cuperi (1) et Jani Bondt memoriam celebravit vir (2) qui non tantum doctrina sed etiam amiliaritate, qua cum utroque junctus erat, optimus est habendus iudex. Alii celebraverunt peculiaribus orationibus viros, quibus forum aditum praebuit ad ampliora munera P. L. van de Kasteele, M. Temminck, J. E. Reuvens, Hoyneck van Papendrecht (3), Cornelium Theodorum Elout, Cornelium Felicem van Maanen, J. E. van der Meersch; egregium Jureconsultum qui diu fori Hagani ornamen-

(1) Cuperus ipse nunquam honorarium petivit: eo tandem mortuo hoc factum est ab heredibus; fuit auctor *Observationum selectarum de natura possessionis*, quod opus quantum a Thibautio et Savignio laudatum sit. vid. van Hall, p. 305, 306.

(2) *Ter nagedachtenis van Mr. A. J. Cupers, Regtsgeleerde verhandelingen van Mr. M. C. van Hall*, p. 297.

*Mr. J. Bondt en diens vader N. Bondt herinnerd door Mr. M. C. van Hall.*

(3) *Aanspraken van J. W. te Water in de jaarlijksche algemeene vergadering van de Maatschappij der Nederlandsche Letterkunde te Leyden*, 4 Hooimaand 1810, 7 dito 1815, 2 dito 1817.

tum Curiae Supremae quae ibidem fuit senator obiit. Non rationis argumentum sed opusculi fines me tantum hos indicare jubent. Quibus tamen immortale in litteris nomen addere jubet Guilielmum Bilderdyk et Joannem Kinker.

J. van der Linden de se ipso dicentem audiamus: „ik nam mij voor en besloot om mij geheel „aan de geregtelijke praktijk over te geven en als „'t ware toe te wijden. Op die wijze heb ik mijn „geheele leven door het genot dier gulde vrijheid „gesmaakt, waardoor het van der Advocaten wil- „lekeur ten eenemale afhangt, die zaken welke „hun niet gevallen zijn weg te zenden, en die, „waarin zij behagen scheppen, aan te nemen en te „verdedigen (1).” Haec semper ante oculos habuit vir integerrimus, vita eius nulla ne levissima quidem nota maculata est, undique consultatus propter insignem doctrinam, inde non lucrum conquerere studuit sed ita se gessit ut eiusdem temporis collega, summo jure de eo dicere potuerit: „Als „een voorbeeld van onbaatzuchtig rekenen konde „in zijnen tijd genoemd worden wijlen Mr. J. van „der Linden (2).” Magnam quoque gloriam adeptus est opere suo *de Judicieele Praktijk* aliis, quae ingenti numero edidit.

(1) *Redevoering*, p. 13.

(2) Van der Feen, *de orde der advocaten*, p. 23.

Praesertim vero scriptis inclaruit J. D. Meyer (1) cuius ab ipsis exteris elatum opus *Institutions Judiciaires* classicum habendum est neque meo praeconio indiget. Fama quoque celebrantur: *Principes sur les questions transitoires sur la nécessité d'une haute cour provisoire*, *Briefwisseling van eenige regtsgeleerden over de aanstaande wetgeving, de la Codification en général et de l'Angleterre en particulier*, plures orationes, ac varii generis disputationes, consilia. Sed quid de doctrina? Qui vero scire velit quomodo in rebus forensibus probitatem coluerit, quam generosum ac liberalem se ostenderit, haec eius verba in memoriam vocet: „wat de kosten betreft, is het mijne vaste „gewoonte, wanneer ik door Heeren Praktizijns uit „andere plaatsen geraadpleegd word, aan die Heeren „de bepaling daaromtrent over te laten, dat HEd. „de gelegenheid der personen, het nut, uit het ad- „vijs te trekken en de welligt noodige nadere werk- „zaamheden beter bekend zijn, met vrijheid hetzij „zoo de belanghebbenden niet in ruime omstandig- „heden zijn, of het honorarium moeijelijk is te re- „cupereren, ook niets te berekenen (2).”

(1) Ampl. de Greve professor Franquecranus orationem habuit de *Jona Daniele Meyero de jurisprudentia deque nomothetica praeclare merito*, 1839.

(2) *Consultatien van J. D. Meyer* cons 37, p. 351.

Extra urbes majores neque deerant hoc aevo advocati magnae famae in minoribus. Vir G. van Loon in urbe Gorichemo: „die te Gorinchem met „zo veel roem als advocaat de praktijk oefent (1),” Dordraci vir consultissimus Vrolijkheart, postea A. W. N. van Tets van Goudriaan qui administer Regius aerarii obiit.

Quum jam diu in populo hisce temporibus flagrasse cupido sub unu eademque lege civili et criminali vivendi neque amplius diversorum cuiusque urbis vel regionis statutorum molestiam ferendi, intellexerunt viri, qui reipublicae praecerant, eximii Jureconsultis qui in foro praesertim versati essent, hocce munus esse deferendum. Elegerunt igitur die 25 Novembris 1796 ex variis provinciis praeter socios, quos vitae publicae experientia et philosophiae studium commendaverat J. E. Reuvens, H. L. Wichers, K. K. Reits, B. Storm, Jordens, W. Craeyvanger, M. Dassen Drenthanus, S. Gerlsma, J. Bondt et H. A. Kreet. Haec res tum effectu caruit, ob turbatam reipublicae conditionem. Hisce igitur vel fuere substituti vel adjuncti J. Walvaren, J. A. Tarjon, Gockinga, J. in de Betouw, W. A. de Beveren et B. Donker Curtius, P. Wierdsma

---

(1) Verba sunt viri cons. V. J. Blondeel, *Verh. over het Holl. Zeel. en Westeriesl. versterfrecht*. Amst 1774, p. 307.

C. T. Elout. His vero quoque tempora obstiterunt, ita ut praeter specimen notissimum cura duorum eximiorum Jureconsultorum van Elout et Donker Curtius, A. 1804 oblatum et publici juris factum, rei demum finis impositus sit rege Ludovico imperante, quum tum temporis majores negotii partes in se susceperunt, juris peritia insignes viri van Gennep et Reuvers, quorum prior per plures annos celeberrimus fuerat causarum patronus Roterodamensis (1).

Quamvis iis, quae memoravi non pauca addi possent, hic consistendum esse ratus sum, cum non quorundam virorum vitam conscriberem, sed potius in universi Ordinis fata inquirerem. Quae vero attuli, sufficient ad doctrinam probandam, et talia exempla proponenda esse omnibus, nemo negabit. Quod attinet ad laudes in re politica hacce quoque aetate acquisitas, evolve patriae nostrae historias et quavis pagina invenies summos viros advocatos fuisse. R. J. Schimmelpenninck Amstelodamensis fuit advocatus: sed ne singulos nominem, ac videar alios excludere.

Quaerat fortasse quis num nostra patria idem viderit atque Gallia cum ingens illa rerum conver-

(1) Conf. *Hand. van de Maats. van Nederl. Letterk.* 1847. Cons. M. Siegenbeek *in vita* p. 15, sqq. Kemper, *Crimineel Wetboek voor het Koninkrijk Holland*, Tom. 1.



sio ibi obtineret, nempe cohortem advocatorum, quae omnium turpium atque horrendorum facinorum in conventu et apud populum non solum particeps sed dux fuit, et ex quibus sufficit nominare Robespierre, Danton, Barère? Cui quaestioni respondit auctor opusculi, *Bijdragen tot de geschiedenis der omwenteling van 1795 tot 1798* (1): „Het aanzien van de orde der Advocaten „in Frankrijk te gelijk met de parlementen ver„nietigd, duurde in Nederland ongekreukt voort.” Memorat auctoritatem atque dignitatem, quibus advocati libera republica spectati fuissent, magnam differentiam ostendit, quae inter nostros tanti nominis advocatos et Gallos, quorum magna pars juvenilis adeo sine occupationibus esset atque rerum novarum cupida, obtinuit: „Er is naauwelijks „één uit de pleitzaal van dien tijd met lof bekende „naam tot ons gekomen, of men vindt hem in de „rij der bezadigde revolutionnaires terug. Een „Luyken, een Bondt, een Sinderam, een Brugmans, een van Hall, een Cuperus te Amsterdam, „waren, ook als verdedigers der vrijheid en gelijk„heid, Schimmelpenninck's geachte medebroeders. „Tot de provisionele Representanten van Amsterdam behoorden, nevens Schimmelpenninck de ad-

---

(1) Mr. G. W. Vreede, p. 48.

„vocaten Hendrik van Castrop (een der staatsgevangenen van 22 Januarij 1798) en van Irhoven „van Dam.” Cuperum opponit Dantoni, illi frustra conati sunt summam rerum judicialium curam nostrates committere: hunc decimus m. Augusti dies A. 1792 ad fastigium sanguine madentem evexit. Tandem provocat ad exemplum cons. van der Spyk, quem, decus fori Hagani, van Hall (1) vocat „een „echten advokaat.”

Longe ita abfuit, ut eodem gradu quo exteri sint collocandi: contra quo magis degenerabat Ordinis in Gallia splendor, vergente ad finem saeculo, eo magis extremis reipublicae nostrae temporibus nobis apparent advocati illustres, quales non antea. Non tamen obliviscendum est, ei tum aliquid contigisse, quod nondum obtinuerat. Intellexerunt nempe nonnulli, non sufficere, quod advocati nostri per totam vitam inclaruissent doctrinae, probitatis, eloquentiae fama, sed, ut Ordo praesertim inde in dies magis ferret et decus et utilitatem, opus esse, ut post mortem eorum memoria celebraretur. Neque hic substituerunt. Fuere enim triumviri, van Hall, J. van der Linden et J. D. Meyer, qui praecepta eloquentiae, qua ipsi utebantur vel qua ab aliis animos incendi comperti erant, junioribus

(1) *Regtsgleerde Verhandelingen* p. 407.

collegis vel posteritati tradenda existimarent. Imprimis ut intelligamus, quantum externa conferre possint ad bene dicendi vim servandam et augendam, legatur oratio viri, quem primo loco nominavimus (1). Monet judicem patientem atque placidum multa quoque ad hoc conferre. Plura de hoc argumento scripserunt Meyerus: *Eenige denkbelden over de welsprekendheid der Nederlandsche pleitzaal* (2), van der Linden, *Redevoering over hetgeen de ondervinding van eene halve eeuw mij geleerd heeft, dat een advocaat voornamelijk behoort in acht te nemen of te vermijden* (3). Hic primum agit de consiliis juris: monet vitandum esse indignum illum morem, quo advocatus magis consulenti placere quam prodesse cupit (4), non minus quam re non bene perspecta sententiam edere; deinde honestum esse advocatum

(1) *Van Hall. Redevoering ter gelegenheid der inwijding van het paleis van Justitie te Amsterdam op den 4<sup>en</sup> October 1836 in hetzelfde gehouden.* R. V. p. 393.

(2) *Voorgedragen in de zitting der tweede klasse van het Kon. Instituut van Wetenschappen. enz. op den 29<sup>sten</sup> Aug. 1826. Verhandelingen II<sup>e</sup> D. p. 35.*

(3) *Habita ad diem 1<sup>um</sup> mensis Martii 1824 ad celebrandum quinquaginta annorum spatium ad justitiam consecratum.*

(4) *Bijnkershoek, Haagsche Mercurius p. 12; Advijs aan eenen man, die zijn zoon wilde onterven.*

debere et quomodo hanc probitatem servare possit; tum adhortatur, ne ignarus sit jureconsultus formae procedendi, hoc procuratori relinquens, cum tota saepe causa pendeat a modo, quo in iudicium deducta sit; exceptiones iniquas non esse adhibendas. Deinde ad ipsas causas orandas procedens, ante omnia curandum esse docet, ut causa bene noscatur atque jus quo in ea utendum: orationem scribendam esse initio saltem, ne stilus corrumpatur atque chaos quidam existat; orationem claram, suavem, nobilem, non ad doctrinam ostendendam sed ad causarum naturam et indolem penitus intelligendam instructam, modestam, ab injuriis immunem, quoad causa fieri sinet, brevem, atque concinnam.

*Meyerus* dolens, tam parum adhuc nostrates praestitisse in eloquentia judiciali quaerit remedia, quae haec fere eo iudice habenda sunt, quoad ab ipsis advocatis adhiberi possunt. Benevolentia iudicum est captanda sed magis attendendum est, ut quae dicuntur vera sint, atque bene cogitata ac perpensa, quam flosculis ornata aut iracundia vel misericordia dictata. Exemplis caute est utendum, placide est loquendum, nihil ad causam et factum pertinens est negligendum. Quum oratio habeatur a viro docto ad doctos, hoc ex eo quoque pateat, quod inanibus et levibus omissis, modo

allegentur ea, quae revera difficiliora aut in controversia sint. Neve tamen frigida eruditione referta sit oratio, reminiscatur advocatus inter auditores multos adesse, qui scientiae expertes sint, quique tamen captari debeant, palmam eloquentiae si reportare velit. Lucida atque perspicua sit oratio; hac enim perspicuitate lingua Gallica universalis facta est; bene ordinata et in partes divisa; cuique verbo suus tribuatur valor. Denique addit quaedam, quae sermonem magis spectant et constructionem verborum; postremum animadvertens, antiquorum populorum exempla caute adhibenda esse propter morum, legum, institutorum differentias. — Magnocum fructu, nec minore voluptate haec quae a triumviris allata sunt praecepta, meditabitur eloquentiae judiciali operam daturus.

## CAPUT VI.

### POSTERIORA ORDINIS FATA.

Pauca monenda supersunt, quae historiam spectant. In rerum politicarum enim commotionibus atque formae regiminis mutationibus, quae inde a superioris saeculi fine usque ad annum 1810 locum habuere, advocati nullis adstricti sunt novis legibus; codice d. 14 Julii 1809 confecto nunquam introducto (1), in quo minor eorum ratio habebatur neque advocati occurrunt, nisi sub generali nomine: „*praktizijns*” (Art. 205 et seqq. 339 seqq. 453

(1) Wetboek op de regterlijke instellingen en regtspleging van het Koningrijk Holland.

seqq.). Patria vero nostra cum Gallia conjuncta sub Napoleonte, et codicibus cum aliis multis legibus apud nos promulgatis, advocati quoque teneri coepti sunt Imperiali decreto, quod dicitur: „contenant règlement sur l'exercice de la profession d'avocat et la discipline du Barreau." Cum autem hoc decretum annis, quibus justitiae administratio incerta et fere in suspenso erat, elapsis, sublatum sit, de eo silere possum, eo magis, quoniam plures Galliae advocati dudum de eo iudicium tulerunt (1). Introdudtis tandem novis codicibus advocatorum officia Edictis Regiis sunt descripta, quae sunt: Besluit van 14 September 1838, n°. 3. Reglement van orde en discipline voor de Advocaten en Procureurs (2); postea quibusdam articulis mutatis, Besluit van 5 Dec. 1844, houdende wijzingen op het reglement (3). In his decretis Ordo advocatorum utique agnoscitur; non tamen is honor illi habetur, qui ipsi competere videretur. Commem-

(1) Vid. Dupin aîné *profession d'avocat*, p. 94 seqq. Edition de Bruxelles 1834 et in eodem opere, *Examen de l'ordonnance du 20 Novembre 1822 concernant l'ordre des avocats* par M. Daviel, Avocat à la cour royale de Rouen Chap. I, p. 430 seqq. Meyer *Espr. Orig. et Progr. des Inst. Judic.* T. VI, p. 548.

(2) *Staatsblad* N°. 36.

(3) *Staatsblad* N°. 61.

tarium ad haec scripsit acute, ut solet, consultissimus Schüller tot Peursum, in quo plures observationes inveniuntur, quae omnino notatu dignae sunt. De singulis vero quae Ordinem spectant quaestionibus et praeceptis agere, non est mihi consilium. Non quaeram igitur quare in causis criminalibus advocatus pro omnibus tribunalibus, curiis et Senatu Supremo orare possit, cum in civilibus coram alio tribunali, quam ubi inscriptus est albo, agere volenti, hoc ab illo collegio permitti debeat. Distinctio mihi inanis videtur, cum praeterea haec venia in praxi fere non negetur, atque e contrario Art. 4 § 4 satis caveatur, ne quis Ordini non adscriptus officio fungatur; ubi vero negari potest, via aperta est vexationibus (1). Quod attinet ad honorarium laudanda mihi videtur constitutio art. 32 decreti *Tarief van justitiekosten en salarissen in burgerlijke zaken* (2). Hoc enim convenit advocatorum dignitati. Art. 3 al. a, si de honorario leges admittas, necessaria est sequela, ad

(1) De iurejurando quoque ab advocatione praestando quod semel tantum nunc apud nos fit vid. Schüller, p. 18—29.

(2) *Staatsbl.* 1843, No. 66, »in geval van verschil over »het salaris geschiedt de begrooting door de raden van toezigt »en discipline.»

Van den Honert, *het tarief van Justitiekosten.* 's Grav. en Amst. 1844.



quam effugiendam Advocati Galli Anno 1602 a foro discessere (1); sane auget gravamina, quae contra tales leges a scriptoribus quippe contrarias dignitati in medium afferuntur (2). Confitendum tamen est, raro honestos advocatos hac contumelia affectum iri: dicit lex „desgevorderd.” Sed ab advocatis fama bene notatis nunquam vel saltem raro hoc exigetur, cum in caussis gravioribus satis amplam computandi facultatem relinquat art. 2 in fine. Nemo doleat ita regulas quasdam adesse, quae „excoriatores pauperum, canes curiarum et „devoratores civium” compescant. Neque haec res, ut vidimus, tantopere obstitit universe nostris advocatis, modo absit omnis iudicum licentia, quam art. 32 fere tollere videtur, neve quis obliviscatur: „res sanctissima est civilis scientia sed quae pretio „nummario non sit aestimanda nec dehonestan- „da (3).” Appellatio vero quae art. 33 conceditur et advocato (4) et clienti, ne unquam tali licentiae ansam praebeat! Caeterum, si in pari calamitate commune fatum solatium affert, iudicibus

(1) Vid. Loisel, *Dialogue des advocats*, initio.

(2) Vid. Schüller et omnes fere auctores qui de advocatis scripserunt.

(3) Les. 15, D. *de extraord. cogntt.*

(4) Advocati Galliae nunquam petunt honorarium Vid. Dupin, p. 79.

et graphiariis quoque norma est constituta, idemque igitur atque advocati fatum patiuntur (1).

Advocatus, qui officii sui dignitatem et perspiciat et tueri velit (2) ad has leges non recurret, memor eorum, quae eximius van der Linden inculcat: „Een Advocaat houde steeds voor oogen, „dat er niets gemeeners, niets verachtelijkers, niets „lagers kan worden uitgedacht, dan dat zijne medeburgers hem aanschouwen als eenen getabberden roofvogel, bij wien zij zich niet dan met zekeren angst en schrik vervoegen, vreezende, dat „hij, door gouddorst weggesleept geene onregvaardigheden onbeproefd late: en dat daarentegen „niets loffelijkers, niets aangenamers is, dan dat „zijne medeburgers zijne gematigdheid alomme met „lof uit bazuynen, welk goed gerucht en hoogachting weldra het gevolg zal hebben, dat zijn huis „het orakel zij van de geheele stad (3).”

(1) In Anglia procurator pro lubitu advocato honorarium solvit. Vid. Cooper, *Lettres sur la cour de la Chancellerie d'Angleterre*, p. 216.

(2) »Je veux que vous soyez avaricieux, mais d'une noble avarice, de l'avarice de votre honneur, et non de l'argent.» Pasquier *Lettres* Liv. 9, lettre 6.

(3) *Redevoering* etc. p. 45, 46.

Nos igitur his et similibus quaestionibus missis factis, diutius moremur in art. 7, decreti 5 Dec. 1844, quo advocatus vetatur simul procurator esse. Haec enim quaestio mihi videtur summi momenti. Primum docere conabor expedire reipublicae adesse Ordinem virorum, qui a nemine pendeant et inconcussa constantia justitiam solam defendant, tum conjunctionem officii Procuratoris et Advocati huic rei obstare.

Negare neque possum, neque volo, permultos viros jurisprudentiae ignaros optime de patria sua meruisse atque merituros esse, in iis quoque gubernationis officiis ac controversiis, in quibus magis vel minus juris praecepta vitae quotidianae accommodanda sint. Fortasse is, qui res externas reipublicae curat magis indigebit notione omnium, quae prodesse vel nocere aliis populis possint, quam juris gentium theoretici exactissimo studio. Attamen in regiminis forma, qua nos et nobiscum omnes fere, sive regnum sive respublica vocetur, Europae populi utuntur, necessarium est, plerosque, qui ad rempublicam vocentur, juris peritia esse munitos. Cogita enim quaestiones, quae se offerre possint de jure gentium atque publico, praesertim vero Ordinibus Generalibus munus esse impositum leges de jure publico et privato condendi. Tum ab una parte non amplius sufficient practicae illae notiones,

quas quisque cultior homo ex suis rebus secum fert, sed opus est doctrina, diversarum theoriarum cognitione: ab altera parte cavendum est, ne cerebrino cuidam generali principio, quod vocant, omnia, sive possint, sive non possint, adaptentur, quum obliviscantur homines Leibnitzium illud: „Cave a consequentiariis,” sed requiritur ut adsint homines, qui per partem vitae praxi se immiscuerunt et inde efficere possunt an lex moribus populi congruat, atque executionem recipere possit. Nonne est advocato maxime haec propria scientia? Scriptor Germanicus (1) non solum eandem profitetur sententiam, sed longius adhuc procedit, et in quaque juris constituendi quaestione advocati ut tanquam Ordo consulantur, suadet. Profecto ut ex iis iudices eligantur quique rei iudicariae supersint, necesse est: quinam enim aptiores erunt ad hoc munus suscipiendum quam advocati, qui per aliquot annorum spatium privatorum causas gesserunt? Non solum vero sufficit ut iustitia bene distribuatur; accedere debet, ut quisque in republica civis, auditis hinc et inde partium advocatis, sibi bene persuasum habeat, jus revera esse

---

(1) List, in *von Rotteck und Welcker Staatslexicon* voce, *Advocaat*. — De emendando Ordine Germanico Vid. Mittermaier *Archiv für die Civilistische Praxis* XV, p. 18, et K. F. II. Strass, *Ueber die Reform des Advocaten wesens* Berl. 1841.

redditum, leges esse bonas. Hac de re Carré (1): „L'effet de cette publicité (des audiences), inquit, „sur les moeurs d'une nation, comme sur l'esprit „des citoyens dépend en grande partie de ceux, „qui portent la parole aux audiences. Ce sont les „discussions, qu'ils soutiennent, qui contribuent le „plus efficacement à faire apprécier le bienfait d'une „loi effectivement bonne, dont les motifs sont fa- „ciles à saisir, dont les conséquences sont utiles, „dont la nouveauté est compensée par des avan- „tages réels.” Nec minus vere Hecker (2): „Durch „die öffentliche mündliche Verhandlung, die leben- „dige Wechselerörterung wird der Richter in die „Lage gesetzt das Wahre vom Falschen zu schei- „den: ein beredter Vortrag erhöht das Interesse an „der Sache selbst, und leicht unterscheidet er und „das Publicum den Sophisten vom klaren Denker. „Nur bei diesem Verfahren erhalten Rechtsverthei- „digung und Vertheidiger ihre wahre Geltung, und „belebt sich der Rechtssinn im Volke, wie die Reli- „giosität durch den gediegenen religiösen Vortrag.”

Interest reipublicae ut ab advocatis Juris scientia  
excolatur.

(1) Carré, *les lois de l'organisation et de la compétence*.  
Tom. II, p. 150. Eo. Bruxelles 1826.

(2) Von Rotteck und Welcker, *Staatslexicon in voce Deut-  
scher Advocat*, p. 364.

Interesse autem singulorum civium, non est quod probemus, qui hoc negare velit, in Icarium vela vertat.

